Quod igit̄ in actu ducit ex eo qd̄ est intelligēs  
potentia atqz sciētē: id nō doctrinā appellare  
oportet: z aliud nomen est equum habere.

**C**Speculans enim sit habēs sciētē quod vere  
aut̄ non est alterari: in ipsum enim additio est Tex. cō.  
z in actu: aut̄ alterū genus alterationis est. 58.  
Unde non bene habet dicere sapientē cum sa-  
piat: alterari: sicut nec edificatorē cuz edificat.  
In actu qd̄ igit̄ ducens ex potentia ente fm  
intelligere z sapere non doctrinā: sed alteraz  
habere denominationē iustum esse.

**C**Manifestat utrum qd̄ educitur de potentia in actu scie pa-  
tias. Et p̄mo manifestat h̄ circa id qd̄ educif de sc̄da poten-  
tia i actuū purum. Seco aut̄ manifestat h̄ circa id qd̄ edu-  
citur de potentia p̄ in habitu. ibi. Ex potentia aut̄ z̄. Dicit  
ḡ primo q̄ h̄ns sciētē. i. habitualr̄ sciētē sit actu speculans.  
Sed h̄ aut̄ non est vere z p̄pē alterari z pati: q̄ (vt dīm ē)  
non est p̄pē passio z alteratio: cuz de potentia p̄cedit in actu:  
sed cum aliqd de p̄rio mutat in p̄riū. Cum antē habitualr̄  
sciētē sit speculans actu: non mutat de p̄rio in p̄riū: sed p̄fici-  
t in eo qd̄ iam h̄z. Et h̄ est qd̄ dicit q̄. Est additio in ipsum  
z in actuū. Addit. n. ei p̄fectio fm q̄ p̄ficit in actu. Aut si  
dicat alterari z pati: erit aliud genus alterationis z passio-  
nis non p̄pē dicte. Et h̄ manifestat p̄ exēplū dicēs: q̄ non  
bene se h̄z dicere sapientem habitualr̄ cum sapiat actu alte-  
rari sicut neqz dicimus edificatorem alterari cum edificat.  
Concludit aut̄ ulterius q̄ cum ille qui transit de habitu in  
actuū non accipiat de nouo sciāz: sed p̄ficiat: z p̄ficiat in eo  
qd̄ h̄z: doceri aut̄ sciāz est acqrēre manifestū est q̄ cū edu-  
cif aliqd de potentia in actuū: fm h̄ q̄ incipit facere eū in-  
telligere actu z sapere: nō est iustum q̄ talis exitus de poten-  
tia in actuū habeat denominationem doctrine: sed aliquā  
aliam potest habere: que quidem forte non est posita: sed  
vō est ponit. **C**Deinde cum dicit.

**C**Alt qd̄ ex eo qd̄ ē potentia discit: accepitqz sciē-  
tiā ab eo qd̄ est actu sciētē: atqz ab ipso docēte.  
Id aut̄ nō est dicēdū pati ac alterari: aut̄ duos  
alterationis esse modos fateamur op̄z. Eaz in-  
quā mutationē que ad priuatūas est dispōnes:  
z eam que est ad habitus atqz naturam.

**C**Ex potentia antez ente addiscēs z accipiens  
sciētē ab actu ente z didascalō: aut̄ neqz pati  
dicendū sicut dictū est: aut̄ duos esse modos  
alterationis: z eā que in priuatūas dispōnes  
mutationē: z eā que in habitū z naturam.

**C**Manifestat utrum cum aliqd exīt de p̄ma potentia in actuū  
scientie alteretur z patias: z dicit q̄ cū aliqd prius sciētē in  
potentia tm̄ sit addiscens: z accipiens sciētē ab eo q̄ est actu  
sciētē: z a magistro: vel non debet dici pati simp̄l z alterari  
aut̄ dīm est esse duos modos alterationis: quoq; vnu alter-  
ationis est fm̄ mutationē in priuationis dispositiones. I. i.  
in dispōnes p̄riūas qbus priuant pp̄ dispōnes prius exītes:  
q̄ vnu p̄rioz est priuationis alterius. Alter vero alterationis  
modus est fm̄ mutationē in habitū z nām. I. i. fm q̄ re-  
cipiunt aliqui habitū z forme: q̄ sunt p̄fectiones nāe absqz  
eo q̄ aliqd abijsit. Ille igif q̄ addiscit sciētē: nō alteratur  
neqz patitur p̄mo mō: z sc̄do. **C**Uide aut̄ hoc esse p̄riū  
eius qd̄ sup̄a dixit: q̄ multotiens q̄ addiscit sciētē mutatus  
est a p̄rio habitu: z ita videtur q̄ fit alteratio fm̄ mutationē  
in priuationis dispōnes. **C**Sed dīm q̄ cum aliquis

**A**  
Adverā  
altera/  
tionem:  
qd:

ab errore reducitur ad scientiam veritatis: est ibi quedam si militudo alterationis que est de p̄trario ad p̄trarium: non tamen vere est ibi talis alteratio. Nam alteratio que est de p̄trario in p̄trium utrumque per se et essentialiter competit. s. q̄ sit a p̄trario: et q̄ sit in p̄trarium. Sicut n. dealbatio non est nisi ad album: ita non est nisi a nigro vel medio quod respectu albi est quodāmodo nigrū. Sed in acquisitione scie accidit q̄ ille qui acquirit sciā veritatis: prius fuerit in errore: absq; hoc enim potest adduci ad sciā veritatis: unde non est vere alteratio de p̄trario in p̄trarium. Item dubitas de hoc qd dicit: q̄ ille qui accipit scientiam fit actu sciens a sciente in actu et magistro. Hoc enim non semper fit: scientias enim aliquis acgrit: non solum addiscendo a magistro: sed etiam per se inueniendo. Et ad hoc dōm est: q̄ semper cum aliquis est in potentia sciēs: si fiat actu habēs sciā: oportet q̄ hoc sit ab eo qd est actu. Considerandum tñ est q̄ aliquid aliquā reducitur de potentia in actu ab extrinseco p̄ncipio tñ: sicut aer illuminat ab eo quod est actu lucidum: quandoq; autē et a principio intrinseco et a principio extrinseco: sicut homo sanatur et a natura et medico: utrobiq; autem sanat a sanitate in actu. Manifestum est enim q̄ in mente medici est ratio sanitatis s̄m quā sanat: op̄z etiam in eo qui sanatur s̄m nām esse aliquā partem sanam. s. cor: cuius virtute aliae partes sanantur: et cum medicus sanat: b̄ mō sanat sicut nā sanaret. s. calefaciendo: aut infrigidando: aut aliter transmutando: unde medicus nihil aliud facit q̄ auxiliat nature ad expellendum morbum: quo auxilio nā egeret si esset fortis. Eodem autē mō se b̄ in scie acquisitione. b̄ enī acgrit sciā: et a principio intrinseco dum iuvat: et a principio extrinseco dum addiscit. Utrobiq; autē reducitur de potentia in actu ab eo qd est actu. Homo n. per lumen intellectus agens statim cognoscit actu prima principia nāliter cognita: et dū ex eis p̄clones elicit: per b̄ quod actu scit: venit in actualem cognitionē eorum que potentia sciebat. Et eodē mō dices exterius ei auxiliis ad scendū. s. ex p̄ncipiis addiscendi notis: deducens enim per demonstrationē in p̄clones prius ignatas. Quod qdē auxilium exterius homini necessarium non esset si adeo esset perspicacia intellectus: q̄ per seipsum posset ex p̄ncipiis notis p̄clones elicere: que qdē perspicacitas hominibus adest s̄m plus et minus.

**C**hec cū ita sint: p̄ma qdē mutatio sensitū ab eo qd generat fit: cū autē ortū ac generatū est: b̄ iam sensum perinde atq; scientiam: et sentire actu simile est contemplari.

**Ter.cō.  
59.**

**C**sensitū autē prima qdē mutatio fit a generante. Cum autē generatū est: b̄ iam sicut scientiam et sentire. Quod autē s̄m actu: similiter dicitur ipsi considerare. **Lec. xii.**

**P**ostq; p̄bs distinxit potentiam et actu: et ostendit quo aliquid de potentia in actu exeat circa intellectum: quod dixerat de intellectu adaptat ad sensum. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quomō circa sensum aliquid educitur de potentia in actu. Secundo ostendit differētiam inter sensum et intellectū. ibi. Differunt autē q̄a huius qdē accidentia et c. Tertio colligit epilogando que dixerat de sensu. ibi. Nunc autē intantum. Considerandum est q̄ circa p̄mum q̄ sicut in scientia est duplex potentia et duplex actus: ita est et circa sensum. Nam qd nōdūm b̄ sensum et natum est habere: est in potentia ad sensum. Et qd iam b̄ sensum et nondūm sentiri: est potentia sentiens: sicut circa sciā dicebat. Sicut autē de potentia prima aliquid mutat in primum actu dum acgrit sciā per doctrinā: ita de p̄ma potentia ad sensum aliquid mutat in actu: vt. s. habeat sensum per generationem. Sensus autē nālī inest aīalī unde sicut

per generationē acquirit p̄p̄iam nām et sp̄em: ita acquirit sensum. Sensus autem est de scia que non inest homini per nām: sed acq̄rit per inuentionem et disciplinā. Hoc est ergo qd dicit: q̄ p̄ma mutationē sensitū fit a generante. Manifestat autē primam mutationē que est de pura potentia in actu p̄mum ducēs. Nec autē mutationē fit a generante: nam p̄ virtutem que est in semine educit aīa sensitū de potentia in actu cuius oībus suis potētīs. Cum autē aīalī iam gūtū est: tunc hoc modo b̄ sensum sicut alīqs b̄ scientiam qd̄ iam didicit. Sed qd̄ iam sentit s̄m actu: tūc se b̄ sicut ille q̄ iam actu p̄siderat. Deinde cum dicit.

**D**ifferentia tñ est: an ea que actu sensum efficiunt extra sunt: ipsuz inquā visibile: et audibile: et sensibiliū cetera. Cuius cā hec ē. Actu nāq; sensus singulariū ē. Scientia vō vniuersaliū est hec autē ipsa aīa quodāmodo sunt. Quāpp in telligere qdē cū quispiā voluerit: in ipso est situm. Sentire autē nō collocat i ipso. Necesse est enī sensibile ipsum adesse: pari mō res sese b̄z: et in scientiis sensibiliū: et ob eandē vtiq; causaz: q̄ sensibilia singularia sunt: sunt et extra sc̄uti dixim⁹. Sz vt de his exactius dilucidius: ne dicamus: dab̄is nobis rursus occasio.

**Ter.cō.  
60.**

**D**iffert autem quia huiusmodi activa operationis extra sunt visibile et audibile. Similiter autem et reliqua sensibilia. Causa autē: qm̄ singularium quidem s̄m actuū sensus. Scientia autem vniuersaliū. Hec enim in ipsa quodāmodo sunt anima: unde intelligere in ipsa est cum velit. Sentire autē non est in ipsa. Necessarium est autē esse sensibile. Similiter autem et hoc se habet in scientiis sensibiliū: et propter eandem causaz: quia sensibilia singularia sunt et exterioz. Sed de his quidem certificare tempus fiet et in rursum.

**Q**uia posuerat similitudinem inter sentire in actu et considerare: vult ostendere differentiam inter eas: cuī qdē differentia cā assignare incipit ex differentia obiectoz. s. sensibilia et intelligibiliuz: que sentiunt et cōsiderātur in actu. Scientia n. que sunt activa operationis sensitū. s. visibile et audibile: et alia b̄ sunt extra aīam. Cuius cā est: q̄a sensus s̄m actuū sunt singulariū que sunt extra aīam: sed scientia est vltimū que quodāmodo sunt in aīa. Ex quo p̄z q̄ ille qui iam b̄ sciā nō op̄z q̄ querat extra sua obiecta: sed b̄ ea in servnde potest p̄siderare ea cū vult: nisi forte per accidēs impediatur. Sed sentire nō p̄t aliquis cuī vult: q̄a sensibilia nō habet in se: sed op̄z q̄ assint ei extra. Et sicut est de operatione sensitū: ita est in scientiis sensibiliū: q̄a et sensibilia sunt de numero singularium: et eoz que sunt extra animaz. Unde homo non p̄t p̄siderare s̄m sciā oīa sensibilia que vult: sed illa tm̄ que sensu percepit. Sed s̄m certitudinem determinare de his iterum erit tempus. s. in 3°. vbi agetur et inde de intellectu: et de comparatione intellectus ad sensum. Quare circa ea vō que b̄ dicuntur cōsiderandum est quare sen̄ sensus sit singularium: scia vō vltimū: et quo vltia sunt in anima. singulariū. Scientium est igit̄ circa p̄lmū. q̄ sensus est virtus in or̄iū et in gano corporali: intellectu s. vero est virtus imālis: que nō ē intellectus aīcius organi corporalis. Uniqd̄q; autē recipit vltimū: in aliquo per modum sui: cognitio autē oīis fit per hoc q̄ cognitū est aliquo modo in cognoscente. s. s̄m similitudi-

5

5

**Ter.cō.  
60.**

5

5

**Ter.cō.  
j**

5

# Liber

3 nem. nam cognoscens in actu est ipsius cognitum in actu: opz  
igitur q; sensus corporis recipiat similitudinem rei que senti-  
tur. Intellus autem recipit similitudinem eius q; intelligitur in  
corporaliter et immaterialiter. Individuatio autem nae cois in re-  
bus corporalibus et materialibus est et materiali sub deter-  
minatis dimensionibus contenta: vle aut est per abstractionem  
ab h; materiali et materialibus conditionibus individualibus. Mani-  
festum est igitur q; similitudo rei recepta in sensu representata rem  
sem q; est singularis: recepta autem in intellectu representata rem  
sem rationem velis naturae: et inde est q; sensus cognoscit singularia:  
intellus vero vbia et horum sunt scie. Circa secundum vero  
considerandum est: q; vle pot accipi dupl. Uno modo potest  
dici vle ipsa natura cois prout subiacet intentioni vlitatis.  
Alio modo sem se. Sicut et album pot accipi dupl: vel id cui  
accidit esse albus: vel ipsummet sem q; subest albedini. Ita  
autem natura cui advenit intentio vlitatis: puta natura ho-  
minis: habet duplex esse. unum quod est in materiali  
naturali: aliud autem immateriale sem q; est in intellectu. Secundum  
igitur q; h; esse in materia naturali: non potest ei advenire inten-  
tio vlitatis: q; per materiam individualis. Advenit igitur ei  
vlitatis intentio sem q; abstractatur a materia individuali. Non  
est autem possibile q; abstractatur a materia individuali rea-  
liter: sicut Platonici posuerunt. Non enim est hoc naturalis. i.  
realis: nisi in his carnis et in his ossibus: sicut probat Phis  
in 7° metaphysica. Relinquitur igitur q; natura humana non h;  
esse propter principia individualia: nisi tamen in intellectu. Nec tamen  
intellectus est falsus dum apprehendit nam cōveniens propter pri-  
cipia individualia: sine quibus esse non pot in rerum natura:  
non enim apprehendit hoc intellectus. sed q; nam cōveniens sit sine pri-  
cipiis individualibus: sed apprehendit nam cōveniens non apprehen-  
dendo principia individualia: et hoc non est falsum. Primum  
autem esset falsus sicut si ab homine albo separarem albedinem  
hoc modo q; intelligerem eum non esse album: esset enim tunc  
apprehensio falsa: si autem sic separarem albedinem ab homine q;  
apprehenderem hominem nihil apprehendendo de albedine  
eius: non esset apprehensionis falsa. Non enim exigitur ad veri-  
tatem apprehensionis q; q; apprehendit rem aliquam appre-  
hendit oia que insunt ei. Sic igitur intellectus absque falsitate  
abstractus genus a specie: in quantum intelligit nam generis  
non intelligendo differentias. Et similiter abstractus species ab  
individuali: in quantum intelligit nam speciei non intelligendo  
individualia principia. Sic igitur q; nature coi non potest  
attribui intentio vlitatis nisi sem esse quod h; in intellectu: sic  
enim solum est unum de multis per intelligere propter principia  
quibus unum in multa dividitur. unde relinquitur q; vbia  
sem q; sunt universalia non sunt nisi in anima. Ipse autem  
nature quibus accidit intentio universalitatis sunt in rebus.  
Et propter hec noia communia significativa naturas ipsas  
predicantur de individuali: non autem noia significativa intentiones.  
Socrates enim est homo: sed non est species: quis homo  
sit species. Deinde cum dicit.

22 **C**onsecutum id sit a nobis determinatum. Cum simplex i-  
qua non sit id quod dicitur est potentia: sed aliud quod sit  
ut puer: quem militare possit dicere etsi. Aliud  
autem ut hisce quod iam etate militarique arte actus  
euasit: ad militandum: sensitum sicut se habere.  
Atque cum ipso differentia noia careat: determina-  
tum autem sit ipsa esse diversa: et quo pacto di-  
versa sunt: necesse est ipso pati ac alterari: tanquam  
propriis noibus vti. Ipsum autem sensitum poten-  
tia tale est: quale iam ipsum sensitibile est actus: sicut  
diximus pati igitur cum est non simile. At pas-  
sum euasit simile: et est tale quale est illud.

**C**onsecutum autem tamen sit diffinitum: quod cum non  
simpliciter sit quod potentia dicitur: sed aliud Tex. cō.  
quidem: sicut si dicamus puerum possit milita- 61.  
re: aliud autem sicut in etate existente: sicut habet  
sensitum. **Q**uoniam autem inominata est Tex. cō.  
ipso differentia. Determinatum est autem 62.  
de his: quoniam altera: et quomodo altera.  
Ut: autes necesse est ipso pati et alterari tanquam  
propriis nominibus. Sensitum autem potentia est  
quale iam actu sensitibile: sicut dictum est.  
Pati quidem igitur non simile ens: passum autem  
assimilatum est: et est quale illud.

**C**Recolligit quod dictum est de sensu. Et dicit q; nunc tamen sit  
diffinitum q; non simpliciter dicitur id quod est in potentia: sed multipliciter.  
Uno enim modo dicimus puerum possit militare sem potentia  
remotam. Alio modo possit dicimus militare: quod iam  
est in etate perfecta: et hoc sem potentiam propinquam. Et similiter  
se habet in sensitivo: dupl. enim est aliquis in potentia in sen-  
tiendo aliquid: ut iam dictum est. Et etsi non sint noia posita:  
in quibus harum differentiarum ostendat: tamen deter-  
minatum est q; iste potentie sunt altere ab initio: et quoniam sint  
altere. Et etsi alterari et pati non proprie dicatur aliquid sem q;  
exit de potentia sed in actu prout hunc sensum fit actu sen-  
tientis: tamen necesse est ut hoc ipso quod est pati et alterari: ac  
si essent noia propria et cōvenientia: q; sensitum in potentia est  
quale est in actu sensitibile. Et propter hoc sequitur q; sem q;  
patitur a principio non est simile sensus sentientis: sed sem q;  
iam est passum est assimilatum sensitibili: et est tale quale est  
illud. Quidque q; distinguere nescierunt antiqui physici: posuerunt  
sem sensum esse compositum ex sensitibus.

**C**um enī de unoquoque sensu deinceps a sensi-  
bilis cuiusque proficiscentes dicamus opor-  
tet. Atque prius ipsa sensibilia distinguenda eē  
videntur. Sensibile itaque trifariam dicitur. Sensi-  
biliū enim quedam per se: quedam per acciē  
sentiuntur. Et illoꝝ rursus alia sunt vniuersitatis  
que propria sensus: alia cōvenientia cunctis.

**D**icendum autem est sem vniuersitatis sensum:  
de sensibilibus prior. Dicimus autem sensibile tripliciter:  
quorum duo quidem dicimus per se sentir: vnu  
autem sem accidens. Duo autem aliud quidem  
proprium est vniuersitatis sensus: aliud autem  
cōmune omnium. **Lec. xiii.**

**P**ostquam ostendit Phis quō se habet sensus ad sensibi-  
lia: incipit determinare de sensibili et sensu. Et  
dividitur in partes duas. In prima parte determinat de sen-  
sibilibus. In secunda de sensu. ibi. Quod autem vniuersaliter de  
omni sensu etsi. Prima dividitur in duas pars. In prima di-  
viditur sensibilia propria ab alijs modis sensibilium. In  
secunda determinat de sensibilibus propriis sem vniuersitatis sensum.  
ibidem. Quod est visus etsi. Circa primum duo facit.  
Primo ponit divisionem sensibilium. Secundo exponit mētria  
divisionis. ibi. Dico autem proprium quidem etsi. Dicitur q; primo  
q; ante quod determinatur de sensu quidam sit: opz primo dicere  
de sensibilibus sem vniuersitatis sensum: q; obiecta sunt prius  
potentias. Sensibilia vno tribus modis dicuntur. Uno quod  
modo per accidentem: et duobus modis per se: quoniam vno di-  
citur sensibilia illa que propria sunt singulis sensibus: alio  
modo dicuntur sensibilia illa que communiter sentiuntur  
ab oībus que sentiuntur. **Deinde cum dicit.**

**A** **C**Altqz ppuz id sensibile dico: qd alio sensu se-  
tiri nō pōt: et circa qd error fieri nequit. Ut co-  
lor respectu visus: et sonus auditus: et sapor  
gustus. Tactus autē plures dīas hz qde: in-  
dicat tñ de illis ut ceteroz sensuum quisqz de  
suo sensibili: et non decipitur. Visus enim nō  
errat esse colorem: aut auditus esse sonum: s̄z  
quid sit id quod est infectū colore vel vbi aut  
quid sonans. Huiuscemodi igitur sensibilia di-  
cuntur vniuersiūsqz propria sensus.

**B** **D**ico autē ppriū qdē: quod nō ptingit altero  
sensu sentiri: et circa quod nō ptingit errare: vt  
visus coloris: et auditus soni: et gustus humo-  
ris. Tactus autem plures habet dīas. Sed  
vniuersiūsqz iudicat de his: et non decipit visus:  
qm̄ color: neqz auditus: qm̄ sonus: sed qd est  
coloratum: aut vbi: aut qd sonās. Huiuscemodi  
quidē igit dicunt ppriū vniuersiūsqz.

**C** Exponit mēbra divisionis. Et p exponit q̄ sūt sensibilia p-  
pria. Et dī q̄ sensibile ppriū est qd ita sentit vno sensu q̄  
nō pōt alio sensu sentiri: et circa qd nō pōt errare sensus: si-  
cūt visus pprie est cognoscitius coloris: et auditus soni: et  
gustus humoris. I. saporis: s̄z tactus hz plures dīas appre-  
hendunt sibi: ognoscit. n. calidū et humidū: frigidū et siccum:  
grauē et leue: et hz multa. Unusquisqz autē hz sensu indi-  
cat de ppriū sensibili: et nō decipitur in eiusqz visus nō de-  
cipit q̄ sit talis color: neqz auditus decipit de sono. S̄z cir-  
ca sensibilia p accidens vel cōmūnia decipiuntur sensus si-  
ent decipit visus: si velit iudicare homo per ipsum quid est  
coloratum: aut vbi sit. Et similiter decipit quis: si velit iudica-  
re per auditum quid est qd sonans. Hec igit sunt propria sensibi-  
lia vniuersiūsqz sensus. **S**ecundo ibi.

**C** Cōmūnia vō sunt hec: motus: quies: numerus:  
figura: et magnitudo. Talia nāqz nullius sunt  
ppria sensus: sed oibus cōmūnia sunt. Eteni  
tactu motus qdam sensibilis est atqz visu.

**T**er.cō.  
64.

**C** Oia autē motus: quies: numerus: figura: ma-  
gnitudo: huiscemodi. n. nullius vniuersiū sunt pp-  
ria: s̄z cōia oibz. Tactui. n. motus aliqz sensi-  
bilis: et visu. **P**er se qdē igit sunt sensibilia hec.

**C** Exponit scdm membrum divisionis dicens: q̄ cōmūnia  
sensibilia sunt ista quinque: motus: quies: numerus: figura:  
et magnitudo. Hec enim nullius sensus vniuersiū sunt ppria:  
sed sunt cōmūnia oibus. Qd nō est sic intelligēdū: quasi  
oia ista sunt oibus cōia: sed quedam hz. s. numerus: mo-  
tus: et quies: sunt cōia oibus sensibus. Tactus vero et visus  
percipiunt omnia quinque. Sic igit manifestum est que  
sunt sensibilia per se. **T**ertio ibi.

**D**

**P**er acciūs autē sensibile dī vt si albus Diari  
filius sit. **P**er accidens enim hoc sentit: q̄ al-  
bo quod sentit id accedit. Quapropter et nihil  
ipse sensus ab huiscemodi sensibilibus pati-  
tur: vt talia sunt. Eoz autē que per se sentiunt:  
illa sunt pprie sensibilia que ppria sunt: et que  
sunt vniuersiūsqz sensus est apta.

**T**er.cō.  
65.

**C** Secundū acciūs autē dī sensibile: vt si albū sit  
Diari filius. Secundū acciūs etenī h sentit: qm̄

accidit albo h quod sentit: vñ nihil patit: s̄z q̄  
huiscemodi est a sensibili. Sensibilium autē sūm  
se pprie propria sensibilia sunt: et ad que suba  
pta nata est vniuersiūsqz sensus.

**C** Exponit tertium membrum divisionis: et dicit q̄ sūm acci-  
cidens sensibile dī: vt si dicamus q̄ Diarius vel Socrates  
est sensibile per accidens: quia accidit ei esse album. Hoc. n.  
sentitur per accidens: qd accidit ei quod sentitur per se: ac-  
cidit autem albo qd est sensibile per se q̄ sit Diarius. vnde  
Diarius est sensibile per accidens. Unde nihil patitur sen-  
sus ab hoc inquantum hz. Quāuis autem sensibilia cōia: et  
sensibilia propria sunt per se sensibilia: tamen propria sensi-  
bilia sunt proprie per se sensibilia: q̄a suba vniuersiūsqz sen-  
sus et eius diffinitio est in h quod est aptum natum pati a  
tali sensibili: ratio autem vniuersiūsqz potentie consistit in  
habitidine ad propriū obiectum. **D**ubitatur autem  
hic de distinctione sensibilium cōium a sensibilibus per ac-  
cidens. Sicut enim sensibilia per accidens non apprehen-  
duntur nisi inquantum sensibilia ppria apprehenduntur:  
ita nec sensibilia cōia: nunqz enim visus apprehendit magni-  
tudinem: aut figuram: nisi inquantum apprehendit coloratum:  
videtur ergo q̄ sensibilia cōmūnia sunt etiam sensibilia per  
accidens. **D**icunt igitur quidam q̄ hz cōia sensibilia non  
sunt sensibilia per accidens pp̄ter duas rationes. Primo q̄  
dem: quia hz sensibilia cōia sunt propria sensui cōi: sicut sen-  
sibilia propria sunt ppria singulis sensibus. Secundo: quia  
sensibilia propria non possunt esse sine sensibilibus cōibus:  
possunt autē esse sine sensibilibus p acciūs. **C** Ultraqz autem  
rūsio incōpetens est. Prima qdem: q̄ falsum est q̄ ista sensi-  
bilia cōia sunt propria obiecta sensui cōis. Sensus enī cōis  
est quedam potentie ad quam terminantur immutaciones  
suum sensuū: vt infra patebit. Unū ipole est q̄ sensus cōis  
hēat aliqd pprium obni: qd nō sit obni sensus ppriū. Sed  
circa mutationes ipsas sensuū pprioy a suis obiis hz sen-  
sus cōis aliquas opationes pprias quas sensus ppriū h̄e  
non p̄nt: sicut q̄ peccit ipsas mutationes sensuū: et discer-  
nit inter sensibilia diversoz sensuū. Sensu. n. cōi peccimus  
nos videre et discernere inter sensibilia diversoz sensuū. s.  
albū et dulce. **C** Preterea. Dato q̄ sensibilia cōia eēt pp̄  
obita sensus cōis non excluderetur q̄ essent p acciūs sensi-  
bilia respectu sensuū pprioy. Sic. n. agitur de sensibilibus  
sūm q̄ hz habitidine ad sensus pprios. nāz potentia sensus  
cōis nondum ē declarata. Qd autē est obni ppriū alicuius  
interioris potentie: contingit eēt p acciūs sensibile: vt postea  
diceſ. Nec est mirū q̄ hz est p se sensibile vni sensuum  
exteriorū: est per accidens sensibile respectu alterius: sicut  
dulce est p acciūs visibile. **C** Secda ē rō non est competens.  
Non. n. refert ad id qd esse sensibile p acciūs. Utru id qd est  
subm sensibilis qualitatis sit p se subm eius: vel non per se.  
Nullus. n. diceret ignem qui est ppriū subm caloris eē per  
se sensibile tactu. **C** Et ideo aliter dī q̄ sentire consistit  
in quedam pati et alterari: vt supra dictum est. Quicqd igit  
facit dīam in ipsa passione vel alteratione sensus: hz per se  
habitidine ad sensum: et dī sensibile per se. Qz autē nullā  
facit dīam circa mutationem sensus: dī sensibile p acciūs.  
Unde et in līa dicit Pbs: q̄ a sensibili per accidens nihil pa-  
titur sensus sūm q̄ hz. Dīam autem circa mutationē sen-  
sus potest aliqd facere dupl̄t. Uno mō q̄z ad ipsas spēz  
agentem: et sic faciūt differētiaz circa mutationē sensus sen-  
sibilia per se: sūm q̄ hoc est color illud autem est sonus. hoc  
autem est album: illud vero nigrum. Ipse enim species ac-  
tivorum in sensu actu sunt sensibilia propria ad que habet  
naturalē aptitudinem potentia sensitiva: et pp̄ter hoc sūm  
aliquam dīam horum sensibilium diversificantur sensus.  
Quedam vero alia faciunt dīam in transmutatioē sensuū:  
non quantuz ad spēm agētis: sed quātuz ad modū actionis.

**B**

Rūsio  
2.  
Lōmen  
tato.

Impro-  
ba p̄m  
fionis.  
Lōmen  
tato.  
Lib<sup>o</sup> 3.  
Ter.cō.  
134.

Lib<sup>o</sup> 3.  
Ter.cō.

134.  
Impro-  
ba p̄m  
fionis.  
Lōmen  
tato.  
Albert.  
Ter.cō.

37.

**B**



# Liber

3 Qualitates enim sensibiles mouent sensum corporaliter et  
sensualiter. Unde aliter mouent sim qd sunt in maiori vel mi-  
nor corpora; et sim qd sunt in diverso situ. s. vel propinquo  
vel remoto; vel eodem vel diverso. Et hoc modo faciunt circa  
inmutationem sensuum diversarum sensibilia coia. Manifestum est  
enim qd sim oia hec quinque diversificatur magnitudo vel  
fitus. Et quia non habent habitudinem ad sensum ut species actuorum;  
ideo sim ea non diversificant potentie sensitivae: sed rema-  
nent coia pluribus sensibus. Uiso igitur quo dicantur per  
se sensibilia; et communia; et proprias; restat videndum qua ratio-  
ne dicatur aliquid sensibile per accidens.

Sensib-  
le p acci-  
des qd:

**K** Sciendum est  
igitur qd ad hoc qd aliquid sit sensibile per accidens primo re-  
quiritur qd accidat ei quod per se est sensibile: sicut accidit  
albo esse hominem; et accidit ei esse dulce. Secundo requiritur  
qd sit apprehensibilis a sentiente: si enim accideret sensibili qd  
lateret sentientem: non dicere per accidens sentiri. Oportet  
igitur qd per se cognoscatur ab aliqua alia potentia cognoscitiva  
sentientis. Et hoc quidem vel est aliud sensus: vel est intel-  
lectus: vel vis cogitativa: aut vis estimativa. Dico autem qd  
est aliud sensus: sicut si dicamus: qd dulce est sensibile per ac-  
cidens in quantum dulce accidit albo qd apprehendens visum:  
et ipsorum dulce per se cognoscitur ab alio sensu. s. a gustu. S3  
ut proprie loquuntur hoc non est vider sensibile per accidens  
sed per accidens sensibile autem per se. Qd qd sensu  
proprio non cognoscitur: si sit aliquid vel apprehendens intellectu.  
non tamen omne qd intellectu apprehendens potest in re sensi-  
tiva potest dici sensibile per accidens: sed statim qd ad occur-  
sum rei sensate apprehendens intellectu. Sicut statim cum  
video aliquem loquenter vel mouere se ipsum apprehendo  
per intellectum vitam eius. unde possum dicere qd video  
eum vivere. Si vero apprehendens in singulari: videntur cuius  
video coloratum percipio hunc hominem vel hoc animal. h3 qd  
apprehensionis in homine fit per vim cogitativam: que dicitur  
etiam ratio particularis: eo qd est collativa intentionum in-  
dividualium: sicut ratio universalis est collativa rationum  
universalium. Nihilominus tamen hec vis est in parte sen-  
sibilitatis vis sensitiva in sui supremo participat aliquid de  
re intellectu in homine in quo sensus intellectui coniun-  
gitur. In animali vero irrationali fit apprehensionis intentio-  
nis individualis per estimativam naturalem sim qd ouis  
per auditum vel visum cognoscit filium: vel aliquid homini.  
Diferenter tamen circa hoc se habet cogitativa et estimativa.  
Nam cogitativa apprehendit individualium ut existens  
sub natura communis: qd contingit ei in quantum unius intellectu  
in eodem subjecto unde cognoscit hunc hominem: puto  
est hic homo: et hoc lignum: puto est hoc lignum. Estimativa  
autem non apprehendit aliquod individualium sim qd est sub natu-  
ra communis: sed solus sim qd est terminus: aut principium  
alicuius actionis vel passionis: sicut ouis cognoscit hunc  
agnum: non in quantum est hic agnus: sed in quantum est ab ea  
lactabilis: et hanc herbas in quantum est eius cibus. Unde alia  
individualia ad que se non extendit eius actio vel passio nullo  
modo apprehendit sua estimativa naturam. Naturalis. n. estima-  
tiva datur animalibus: ut per eas ordinentur in actiones pro-  
prias vel passiones psequendas vel fugiendas.

**m. t. 72. v.**  
**22** **C**uius igitur visus est perceptivus: id est vi-  
sibile. Videlicet vero est color: et id quod oratio-  
ne quidem explicare ac dicere licet: nomine  
autem caret: atque id ipsum maxime patebit cum  
viterius procedemus.

**Tex. co.** **66.** **C**uius quidem est visus hoc est visibile. Videlicet  
autem est color: quidem: et quod vere est dicere:  
in nominatu autem contingit esse. Manifestum  
autem erit in ingredientibus maximis. Lec. xiii.

**H**ostius philosophus distinxit propria sensibilia a co-  
cidens: hic determinat de propriis sensibilibus secundum  
unumquemq; sensum. Et primo de proprio sensibili visus.  
Secundo de proprio sensibili auditus. ibi. **L** Nunc autem  
primum de sono et. **T**ertio de proprio sensibili olfatus.  
ibi. **D**e odore autem et. **Q**uarto de proprio sensibili gustus. ibi. **G**ustabile autem est et. **Q**uinto de proprio sen-  
sibili tactus ibi. **D**e tangibili autem et tactu et. **L**irca pri-  
mum duo facit. Primo determinat de visibili. Secundo di-  
cit quomodo visibile videatur. ibi. **N**unc autem in tan-  
tum et. **L**irca primus duo facit. Primo determinat quid  
est visibile distinguens visibile in duo. Secundo determinat  
de utroque visibili. ibi. **V**isibile enim est color et. **D**icit ergo primo qd cum dictum sit qd propria sensibilia sunt  
que unusquisq; sensus proprius percipit: illud sensibile cuius  
proprius perceptivus est visus hoc est visibile. Sub visibili  
autem comprehenduntur duo. Nam visibile et est color: et  
est quoddam aliud: quod ratione quidem designari potest:  
sed non habet proprium nomen sibi impositum: quod qui-  
dem visibile competit his que videntur de nocte: sicut sunt  
noctiluces et putredines querulum et huiusmodi: et de quibus  
erit manifestum in processu huius tractatus: postquam in-  
gressi fuerimus in cognitionem visibilis ex cognitione co-  
loris: qd est manifestus visibile. **D**einde cum dicit.

**V**isibile igitur est color: hic autem est id quidem est:  
in eo quidem per se visibile est. Per se vero non ratione:  
nes: sed quia in se causa habet ut sit visibile. Color  
autem omnis motius est eius quidem est perspicuum  
actus: et id est ipsius natura. Quapropter non  
est visibile absque luce: sed omnis unusquisque  
color in lumine sane videtur. **Q**uamobrem  
quidnam sit ipsum lumen: prius dicere decla-  
rareque oportet.

**V**isibile autem est color: sed autem non ratione: s3 qd in se  
visibile: sim se autem non ratione: s3 qd in se visibile. **Tex. co.**  
causa essendi visibile. Omnis. n. color mouens  
est eius quidem est actum diaphanum: et hec est ipsius  
natura. **A**nde quidem non visibile sine lumine:  
s3 ois cuiuslibet color in lumine visibile. Ex quo  
de lumine primo dicendum quidem est.

**D**eterminat de utroque visibili. Et primo de colore. Scido  
de eo quod dicitur esse innominatum. ibi. **N**on autem omnis  
visibilia et. **L**irca primus duo facit. Primo ostendit quo  
color se habet ad hoc qd sit visibilis. Secundo determinat  
de his que requiruntur ad hoc qd color videatur. ibi. **E**t  
igitur aliquid diaphanum et. **D**icit ergo primo qd cum co-  
lor sit quoddam visibile: esse visibile conuenit ei sim se: nam  
color in eo quod est color: est visibilis per se. Per se autem  
dupliciter dicitur. Uno enim modo dicitur propositio per  
se cuius predicatum cadit in definitione subjecti: sicut ista:  
homo est animal. animal enim cadit in definitione homi-  
nis: et quia id quod est in definitione alicuius est aliquo mo-  
do causa eius: in his que sunt per se dicuntur predicta esse  
causa subjecti. Alio modo dicitur propositio per se: cuius  
e contrario subjectum ponitur in definitione predicti: si-  
cuit si dicatur: nasus est symmetria vel numerus est par: sym-  
metria enim nihil aliud est quam nasus curvus: et par nihil  
aliud est qd numerus medietatem habens: et in istis subje-  
ctum est ea predicta. Intelligentum est ergo qd color est  
visibilis per se hoc scido non: et non primo. Nam visibilitas  
est quedam passio: sicut symmetria est passio nasi. **E**t hoc est  
qd dicit

A Mō in vt  
passio co-  
lens ade-  
quata: sed  
prioris ge-  
neris: pa-  
ta lucidi.  
Diaphanū  
quid.

qđ dicit qđ color fīm se est visibile (non ratione). i. nō ita qđ  
visibile ponat in eius diffinitio: sī qđ in seipso h̄z cām v̄t  
sit visibile: sicut subiectū in seipso h̄z cām p̄prie passionis.  
Qđ p̄bat p̄ hoc qđ oīs color est motiu diaphani fīm actū.  
Diaphanū autē est idē qđ trāsparens vt aer vel aqua: et hoc  
h̄z color de sui nā qđ possit mouere diaphanū in actu. Ex  
hoc autē qđ mouet diaphanū in actu est visibile: vnde sequi-  
tur qđ color fīm suā nām est visibile. Et qđ diaphanū nō sit  
in actu nisi per lumen: sequi qđ color non sit visibilis sine  
lumine. Et ideo ante qđ ostendat qualiter color videatur  
dicendum est de lumine. Deinde cum dicit.

**C**Est igit̄ aliqd p̄spicuū. D̄erspicuū at id di-  
cor: qđ est qđē visibile: nō est at vt simplr di-  
cam p se: sī p alienū colorē visibile. Atq; res

B E.c.68 **C**Est igit̄ aliqd diaphanū. Diaphanū autē  
dico qđ est qđē visibile: nō autē fīm se visibi-  
le: vt si simplr est dicere: sed p̄p extraneū co-  
lorē. Huiusmodi autē est aer et aqua et multa  
solidoz. Nō enī fīm qđ aqua: neq; h̄z qđ aer:  
diaphanū est: sed qm̄ est natura eadē in his  
vtrisq; et in perpetuo superius corpore.

**C**Determinat de his sine qbus colori videri nō potest. s. dia-  
phano et lumine. Et dividitur in partes tres. Primo ostē-  
dit quid sit diaphanū, 2° determinat de lumine quod est  
actus eius. ibi [Lumen autē est huius actus tē.] 3° ostē-  
dit qđ diaphanū est susceptiū coloris. ibi [Est autē co-  
loris tē.] Dicit ḡ p̄mo qđ cū colori sit motiu fīm suā nām  
diaphanū: necesse est qđ diaphanū sit aliquid. Est autem  
diaphanū qđ non h̄z propriū colorē: vt fīm ipsum videri  
possit: sed est susceptiū extranei coloris fīm quem aliquo  
modo est visibile. H̄mō autē diaphanū est sicut aer et aqua:  
et multa corpora solida: vt lapides quidā: et vitru. Licit autē  
alia accidentia que conueniunt elēntis et elementorum con-  
ueniant eis fīm nām elētoꝝ: sicut caliduz: et frigidum: gra-  
ue: et leue: et alia h̄z: tñ diaphanū non conuenit predictis  
ex nā aeris aut aque fīm qđ h̄z: sed consequitur quandam  
nām cōēm nō solū aeri et aque: que sunt corpora corrupti-  
bilia: sed cōuenit etiam celesti corpori qđ est perpetuum et  
incorruptibile. Manifestū est. n. aliqua celestia corpora eē  
diaphana. Non. n. possentius videre stellas fixas que sunt in  
octava sphaera nisi inferiores sphere planetarū essent trans-  
parētes: vel diaphane. Sic ḡ manifestū est qđ diaphanū nō  
est p̄pūetas p̄nā nām aeris aut aque: sed aliquam cōōreꝝ  
naturam: ex cuius proprietate op̄z cām diaphanitatis affi-  
gnare: vt postea apparebit. Deinde cum dicit.

E.c.69 **C**Lumē at actus est huiusce p̄spicui ea nūm  
rum rōne: qua p̄spicuū ē. At. i. potētia: i quo  
nūc id p̄m inest: nūc tenebre. Atq; lumen  
qđ p̄spicui color est: cuꝝ est p̄spicuū actu ab  
igne vel ab huiuscemodi corpore: qđ ē ip̄z su-  
perū corp̄: nā huic inest aliqd vnuꝝ et ideꝝ.

**C**Lumē autē est huiusmodi actū diaphani:  
h̄z qđ est diaphanū. Potētia at: in qđ hoc est  
et tenebra. Lumē at vt color ē diaphani: h̄z  
qđ actu diaphanū ab igne: aut h̄z: vt qđ sur-

sūz corp̄. Etenī huic aliqd inest vnuꝝ et idē.  
**C**Ostēdit quid sit lumen: et primo manifestat veritatē. scđo  
excludit erroꝝ. ibi [Qđ qđē iḡt̄ tē.] Dicit ḡ p̄mo qđ lu-  
mē est actū diaphani fīm qđ ē diaphanū. Manifestū est enī  
qđ neq; aer: neq; aq; neq; aliqd h̄z ē actū trāspareſ: nisi fue-  
rit illuminatū. Ip̄m autē diaphanū fīm se ē in potētia respe-  
ctu luminis et respectu tenebre qđ est priuatio luminis: sicut  
materia p̄ma est vt potentia respectu forme et priuationis.  
Lumen autē cōparat ad diaphanū: sicut color ad corp̄ ter-  
minatū: qđ vtrūq; est actū et forma sui susceptiū. Et ppter  
hoc dicit qđ lumen est quasi quidam colori diaphani. fīm qđ  
diaphanū est actu factū diaphanū ab aliquo corpore lu-  
cēte: sive illud sit insignia ut aliqd aliud h̄mō: sicut aliquod  
corpus celeste. Esse enim lucens actu et illuminatiū: com-  
mune est igni et corpori celesti: sicut esse diaphanū est cōe  
aeri et aqua et corpori celesti. Deinde cum dicit.

**C**Quid igit̄ ē p̄spicuū dixim⁹: et qđ ēt lumē.  
Nā neq; ignis ē: neq; oīno corp̄: neq; cor-  
poris ē vlli⁹ deflux⁹. Esset. n. qđdā hoc qđ  
pacto pfecto corp̄: sed ē ignis vel huiusce  
modi cuiusdā in perspicuo p̄sentia corp̄is.

**C**Quid qđē igit̄ diaphanū: et quid lumen di-  
ctū ē: qđ neq; ignis ē: neq; oīno corp̄: neq;  
defluxus corporis vlli⁹. Esset. n. vtiq; ali-  
quod corpus: et sic aut ignis: aut huiusmodi  
alicuius presentia in diaphano.

**C**Excludit falsam opinionē de lumine. Et circa hoc duo fa-  
cit. Primo ostēdit qđ lumē nō est corp̄. Scđo ip̄probat qua-  
dā solutionē ad rōneꝝ quidā per quā p̄t̄ p̄bari lumen nō  
esse corpus. ibi [Et no recte Empe.] Circa p̄mū tris fac.  
Primo ponit int̄tū et dicit: qđ cū dictū sit qđ est diaphanū:  
et quid lumē: manifestū est qđ lumen: neq; est ignis: vt qđā  
dicebāt ponētes tres species ignis carbonē/flammiā et lu-  
men: neq; est aliquod corpus oīno: neq; aliqd defluens ab  
aliquo corpore: sicut posuit Democritus lumen esse quas-  
dam decisiones defluentes a corpib⁹ lucidis. s. athomos  
quodā. Si essent aliqua defluentia a corpore: sequeretur  
qđ essent corpora vel aliquod corpus: et sic nihil aliud esset  
lumen qđ presentia ignis: aut aliqd huiusmodi corporis in  
diaphano: nihil ergo differt dicere qđ lumē est corpus: aut  
qđ est defluxus corporis. Secundo ibi.

**C**Hieri nanq; non p̄t̄: vt in eodem sint duo  
corpora simul.

**C**Neq; n. p̄ole est duo corpora in eodē esse.

**C**Probat qđ p̄p̄uerat tali ratione. Impossibile est duo  
corpora esse simul. si ergo lumen est corpus: impossibile est  
qđ lumen sit simul cum corpore diaphano: hoc autē est fal-  
sum. ergo lumen non est corpus. Tertio ibi.

**C**Vide autē tenebris contrariuꝝ esse lumē.  
At tenebre priuatio sunt talis habit⁹: atq; ignis vel corporis talis absentia a p̄spicuo.  
Quare patet huiusce presentiā esse lumen.

**C**Videat at lumē p̄riū eē tenebre. Est autē te-  
nebra priuatio huius habit⁹ ex diaphano.

Quare palā est qđ et huius p̄ntia lumen est.

**C**Probat qđ lumen sit simul cū diaphano. Contrarioꝝ enim  
est idē subtilū: lumē at et tenebra sunt p̄rietas: vt dī in. I o. metaph. Mani-  
festū est autē qđ tenebra est qđā priuatio huius habitus. s. lu-  
minis in diaphano: et sic subtilū tenebre est diaphanū. ergo

Lec. 7.  
te. co. 15

S. Tho. sup aia.

# Liber

**I**z presentia dicti habitus, s. lucis est lumen, ergo lumen est simul cum diaphano. Deinde cum dicit:

**C**Altq; nō recte dixit Empedocles: et si quis ita  
dem censuit lumen ferri atq; extendi tan-  
dem inter terram et continens: nosq; id  
ipsum latere. Hoc enim et rationis metas  
egreditur: et est preter ea nimis ruin que appa-  
rent. In parvo namq; spatio: motus fortasse  
lateret: sed ab ortu solis ad occasum tanti  
corporis motum latere: magna nimis pro-  
fecto postulatio.

**C**Et nō recte Empedocles: neq; si aliq; ali-  
sic dixit q; ferat lumē et extendat in medio  
terre et p̄tinētis: nos autem lateat. Hoc eni-  
est et extra eā que i ratione veritatē: et extra  
ea que vident. In parvo enī spatio lateret  
nos. Ab oriēte autem in occidēs latere ma-  
gna quidem multum questio est.

**C**Reprobat quādā responsonē ad rōne quādā que potest  
fieri p̄tra ponentes lumē esse corpus. Potest enim contra  
eos sic argui. Si lumen est corpus: oportet q; illuminatio  
fit motus localis luminis deueniens in diaphanū. Nullus  
aut motus localis cuiuscūq; corporis p̄t esse subitus sine  
in instā. ergo illuminatio nō est subito: sed successive. Lu-  
men p̄trarū videmus: q; in eodem instanti in quo corpus  
lucidū presentat illuminat diaphanū totum simul: et non  
pars eius post partem. Non aut recte Empe. neq; qcunq; alius dixit: q; s. lumen feratur motu locali tanq; corporis: et  
extenda successive in spatio qd est medium inter terram  
et continens. s. celū: et q; ista successio nos lateat: sed videat  
nobis q; totum illuminat simul et subito. Hoc enim dictū  
est contra veritatē que p̄t rōne percipi. q; ad illuminatio-  
nem diaphani nihil req̄ris nisi directa oppositio absq; ob-  
staculo medio corporis illuminatis ad illuminabile. Iterū  
autem est cōtra id qd appet. Posset enim dici q; successio  
motus localis in parvo spatio lateat nos: sed q; lateat nos  
successio in motu luminis ab oriēte usq; ad occidētē hori-  
ontis nostris hoc h̄z magnā questione: tanq; difficile aut  
oīno ip̄sibile. **C**Quia vō bic agitur de natura luminis:  
et diaphani: et necessitate luminis ad videndum: de his tri-  
bus p̄siderandum est. Circa nāni igitur luminis diversi  
diversimode opinati sunt: quidam enī opinati sunt lumē  
esse corpus: vt in līa dicit. Ad quod dōm moti sunt ex q;  
busdā locutionibus qbus. vtiuior loquētes de lumine: cō-  
sueuimus. n. dicere q; radius transit per aerē: q; reuerbera-  
ratur: q; radij se intersectant: que oīa videtur esse corporis.  
**C**Que quidez opio stare nō p̄t. ppter rōnes quas Ari-  
stoteles in līa adducit: et plures alias facile esset adducere.  
Nō enim facile ēt assignare: quō huius corporis per totū  
hemisferiū subito multiplicare: aut ḡnare: et vel corrūpe-  
re: quō eriam sola oppositio corporis opaci esset causa  
corruptionis huius corporis in pte diaphani aliqua. Qv  
aut dicit de motu luminis: aut reuerberatione ipsius: me-  
taphorice dictū est: sicut etiā possemus dicere: q; calor pro-  
cedit dum aliqua de nouo calescunt: vel reuerberat: cu h̄z  
obstaculū. **C**Quidā vō ali dixerūt q; lux est quedam nā  
spūalis: argumentū sumētes q; in reb⁹ intellectualib⁹ no-  
mine luminis vtiuior: dicimus. n. in substātib⁹ intellectua-  
libus esse qdā lumē intelligibile. **C**S; hoc ēt est impōle.  
Impōle est enim q; aliqua nā spūalis et intelligibilis cadat  
in apprehensione sensus: qui cum sit virtus corporeā non  
p̄t esse cognoscitūs nisi rerum corporalium. **C**S; quis

autē dicat q; aliud est lumē spūale ab eo qd sensus p̄cipit:  
nō erit cum eo p̄tēdēdū: dūmō hic hēat q; lumen qd visus  
p̄cipit nō est nā spūalis. Nihil. n. p̄hibet vñū nomē impō-  
ni rebus q̄tūcūq; diversis. **C**Q; autē lumine et his que  
ad visum pertinent utamur in rebus intellectualibus: con-  
tingit ex nobilitate sensus visus qui est spiritualior: et subti-  
lier inter omnes sensus. Quod patet ex duobus. Primo  
quidez ex suo obiecto. nam aliqua cadunt sub visu fīm. p̄  
prietates in quibus cōmunicant inferiora corpora cū cele-  
stib⁹: tactus autem est perceptuus proprietū que sunt  
proprie elētis: scilicet calidi et frigidū: et similiū: gustus autē  
et olfatus proprietatū que competunt corporib⁹ mistis  
fīm diuersam rationē cōmitionis calidi et frigidū: humidi  
et seci. Sonus autē causatur ex motu locali: qui etiā cō-  
munit corporib⁹ celestib⁹ et inferiorib⁹: et species  
motus que causat sonū nō cōpetat corporib⁹ celestib⁹  
fīm sūmā Aristo. Unde ex ipsa natura obiecti appareat q;  
visus est altior: inter sensus: et auditus. p̄pinq; ei: et alijs  
sensus magis remoti. Secūdo appareat q; sensus visus est  
spiritualior ex modo immutationis. Nam in quolibet alio  
sensu non est imutatio spūalis sine nāli. Dico autē immuta-  
tionem nālem: prius qualitas recipit in patiēte fīm esse na-  
ture: sicut cum aliquid infrigidat vel calefit: aut mouet  
fīm locum. Immutatio vero spūalis est fīm q; species reci-  
pit in organo sensus: aut in medio per modū intentiōis  
et non per modū nālis forme. Non enim sic recipit spēs  
in sensu fīm illud esse qd h̄z in re sensibili. Patet autem q;  
in tactu et gustu qui est tactus quidaz: fit alteratio natura-  
lis: calefit enim et infrigidat aliquid per contactum calidi  
et frigidū: et non fit imutatio spiritualis tñ. Similiter autē  
imutatio odoris fit cum quadā fūmali evaporatione. Im-  
mutationis autem soni cum motu locali. Sed in mutatione  
visus est sola imutatio spiritualis. vnde patet q; visus inter  
omnes sensus est spiritualior: et post hunc auditus: et pro-  
pter hoc hī duo sensus sunt maxime spirituales: et soli di-  
sciplinabiles: et his que ad eos pertinent utamur in intelle-  
ctualibus: et precipue his que pertinent ad visum. **C**Qui-  
dam vō dixerūt q; lumē nō est nisi evidētia coloris. Sed  
hoc aperte apparet esse fālsum in his que lucent de nocte:  
et tñ eoz colorū occultas. **C**Alij vō dixerunt q; lux est for-  
ma substantialis solis: et lumen desfluens a luce habet esse  
intentionale: sicut species colorū in aere. **C**Cirrūq; autem  
hōz est fālsum. Primo quidem: q; nulla forma substantialis  
est per se sensibilis: sed solo intellectu comprehēsibilis.  
Et si dicāt q; id qd vides in sole nō est lux sed splendor: nō  
erit cōtendēdū de noīerū modo hoc qd dicimus lucem. s.  
quod ex visu apprehenditū non sit forma substantialis.  
**C**Scđm etiam fālsum est: q; que habet solum esse inten-  
tione non faciūt transmutationē nālem: radū autem cor-  
poꝝ celestium transmutant totā nām inferiorē. **C**Unde  
dicimus q; sicut corpora elemētaria habet qualitates acti-  
uas per quas aguntur: est qualitas actua corporis ce-  
stis per quam agit: et est in tertia specie qualitatē: sicut et  
calor. Sed in hoc differt a calore: quia lux est qualitas pri-  
mi corporis alterantis: qd non h̄z p̄trariū: vnde nec lux co-  
trarium h̄z: calor autē est aliquid contrariū. Et quia luci  
nihil est p̄trarium in suo susceptibili non p̄t habere con-  
traria dispositionē: et ppter hoc suū passiuū. s. diaphanū  
semp est in ultima dispōne ad formam: et ppter hoc statim  
illuminat: non autem calefactibile statim calefit. Ipsa igit  
participatio vel effectus lucis in diaphano: vocatur lumē.  
Et si sit fīm rectam lineam ad corpus lucidū vocatur ra-  
dius. Si autem causetur ex reuerberatione radij ad corp⁹  
lucidū vocatur splendor. Lumen autem cōmune est ad  
oīm effectū lucis in diaphano. **C**His igit visis circa na-  
turā luminis de facilis apparent rō: qdā corpora sunt lux  
cida actu: qdā diaphana: quedā opaca. Nam cum lux sit  
qualitas

Sēs vi.  
sū est sp̄i  
ritualior: et  
stabilitate  
teria,

Immuta-  
tio natura-  
lis qd.  
Immuta-  
tio spūali-  
sū inten-  
tionalis qd.

Opio po-  
nentū lu-  
mē cōe cor-  
pus.  
Improb-  
atio opio.  
M

Lumī/gd.  
Radius/  
quid.  
Splēdor/  
quid.

Lux/gd.

Succes-  
sio

L

De nā lu-  
minis dia-  
phani: po-  
rum ad  
vidēdū ne-  
cessitate di-  
gressio.

Opio po-  
nentū lu-  
mē cōe cor-  
pus.  
Improb-  
atio opio.

M

Opio po-  
nentū lu-  
mē cōe nā  
spūalem.  
Improb-  
atio opio.

2-

**A** qualitas primi alterantis quod est maxime perfectum et formalis in corporibus; illa corpora que sunt maxime formalia et nobilia sunt lucida acta; que autem sunt propinquatae sunt receptiva lumenis; sunt diaphana; que autem sunt maxime materialia neque habent lumen in sua natura; neque sunt lumenis receptiva sunt opaca. Quod patet in ipsis elementis. Nam ignis haberet lucem in sua natura; licet eius lux non appareat nobis nisi in natura aliena propter densitatem.

**L** **S**tud est decimū caplū p̄ntis tractatus in quo Phī determinādo de genera tione soni ponit quatuor ḡnes. **C** Quarū p̄ma est. qđ son⁹ qñq; est in actu qñq; in potētie. Hec p̄clusio pbatur tali rōne elicitiue fīm Phī. Illud qđ qñq; est et qñq; non est: aliquid est in actu: aliquid est in potētie: sed sonus qñq; est et qñq; nō est: vt p̄z de campana que qñq; sonat qñq; non. ḡ sonus qñq; est in actu quādōq; in potētie. **C** Contra hanc ḡnem arguit. Illud qđ non est: non est in actu: sed sonus non est: ergo son⁹ non est in actu. Probatio minoris: qđ qđ fit non est: sed sonus solum h̄z eē in fieri. ergo sonus non est. **C** Preterea. Illud qđ est sensi bilitate in actu h̄z p̄prium spēm in re sensibili per quā actu potest percipi: sed son⁹ non h̄z p̄prium spēm in re sonante: ergo nō est actu. **C** Pro declaratione horum p̄siderandū est p̄mo qđ corpora sonantia sunt in quadruplici dīa. Nā qđā sunt fīm actuz bene sonantia: vt cāpana dum actu pulsat: qđam vero sunt bene sonantia fīm potentia: vtputa de cāpana que non actu sonat: sed tñ h̄z potētiā bene sonare. Alia sunt que non sunt bñi sonantia nec in actu nec in potētie: apta tñ nata esse sonantia: vt p̄z de lana et silibus. Alia sunt que non sunt apta nata bñi sonare: nec sonare aliquo modo vt aer. **C** Lōsiderandum est scđo qđ aliquid dī in actu duplīr. Uno modo in actu p̄manentē: et isto modo color h̄z esse in actu. Alio modo in esse successivo: et isto modo sonus h̄z esse in actu. **C** Et per hoc p̄z solutio ad p̄mum argu⁹ qđ illa au ctoitas. Illud qđ fit tē. h̄z intelligi de p̄manentib⁹ et nō de successivis. Permanētia. n. duz sunt nō sunt: successiva ve ro duz sunt: et dum facta sunt: nō sunt. **C** Considerā

dum est tertio: qđ aliquid dī esse sensibile in actu duplīr. Uno modo qđ h̄z spēm per quā sentit extra medium et sensum. v̄z. in re extēnōire isto mō color odor et savor sunt in actu et non son⁹. Alio modo qđ h̄z spēm per quā actu sentit in medio vel organo: et isto modo sonus dī esse in actu. Nō est. n. aliqua spēs soni in cāpana sonante: forma tñ spēs in aere et in organo auditus. **C** Et per hoc p̄z solutio ad 2<sup>m</sup>. **C** Scđa p̄clusio est. Tria regnunt ad generationē soni. v̄z. percūtēs percussum et medium. Hec conclusio pbatur tali rōne que elicit ex dictis Phī. Nā son⁹ causatur ex fractio ne aeris que fit ex vehementi percussione: sed in omni percus sione requirit percūtēs et percussum: et requirit etiā tertio ictus percūtētis qui non p̄t fieri sine motu locali: motus vero localis non p̄t fieri sine medio: ḡ in generatione soni requirit percūtēs percussum et medium. Unde Phī dicit in līa qđ son⁹ est temper alicuius. i. p̄cientis: ad aliquid. i. per cussum: et in aliquo. i. in medio. **C** Pro huius ḡnis declara ratione est aduertendū fīm Phī qđ ad hoc qđ pdicta faciat sonū: presertim bonū quatuor p̄ditiones regnunt. Quatuor p̄na est: qđ talia corpora sunt dura. 2<sup>a</sup> est qđ sunt lenia. 3<sup>a</sup> est qđ sunt concava. 4<sup>a</sup> qđ sunt velociter mota: ita qđ mot⁹ p̄cientis p̄veniat diuītione aeris. **C** Contra pdictā p̄clusio nem sic arguit. et p̄mo p̄tra suppositū. Nā Phī non de terminat hic de generatione coloris: ḡ non h̄z determinare hic de generatione soni. **C** Preterea. Ad ḡtionem soni requiriuntur mot⁹ localis: et ictus verberatīs: ḡ non sufficiunt pdicta tria. **C** Ad p̄m dōm negando p̄niam: qđ non est filis rō de so no et colore et odore et sapori. Nā color odor et savor et alie qualitates tangibiles (vt dicit hic Doc. san.) h̄nt esse fixū et permanens in suo subiecto. Unde est alia rō illorū sensibiliū fīm se: et fīm qđ mutat sensum. Sed sonus cuz causest a motu non h̄z fixū et quietū in subto: sed in quadā mutatione p̄sistit. Ideo cum Phī in hoc libro intēdat determinare de sensibilibus fīm qđ h̄nt mutare sensum: simul et se mel determinat de mutatione soni et ḡtatione eius. **C** Ad 2<sup>m</sup> dōm qđ ictus percūtētis et motus localis cōprehenduntur sub percūtēte et percusso cōcomitatue. **C** Tertia p̄clusio. Aer est p̄prium mediū soni: aqua vō minus p̄prium. Hec p̄clusio pbatur tali rōne. Illud est p̄prium mediū soni qđ faciliter rarefit et p̄deſatur: et per qđ sonus faciliter potest diffundere suas spēs ad organū auditū: sed aer est huīsmo di. ergo tē. **C** Ex hac ḡne sequit qđ aer non est corpus sonans: qđ si esset corpus sonans non susciperet sonū: cuz int̄ existens phibeat extraneū. **C** Contra hanc ḡnem sic arguitur. Aeris ad sonum nulla est resistētia. ergo si aer sit p̄prium mediū: sequitur qđ sonus fiat in instāti. Nam rō quare visio fiat in instāti est: qđ aeris ad lumen nulla est resistētia: cuz aer sit disposit⁹ vltima dispōne ad susceptionē luminis. Conse quens est falsuz. ḡ tē. **C** Preterea. Illud qđ est subm̄ alicuius quātitatis sensibilis non est mediū eius: sed aer est fīm soni: ergo aer nō est medium soni. **C** Preterea. Quantitas sensibilis h̄z esse intētōnale in suo medio: sed sonus h̄z esse reale in aere: cuz nullibi habeat esse nisi in aere: ergo idē vt supra. **C** Ad p̄m dōm qđ l̄z aeris ad sonū nulla sit resistētia: quia tñ son⁹ non p̄t fieri sine motu locali: ideo non op̄z qđ sonus fiat in instāti: qđ p̄tētōnē ip̄scat motum localem esse in instanti. **C** Ad 2<sup>m</sup> dōm qđ sonus est in aere p̄prium corpori sonanti subiectū: in aere vō magis distat̄ est tāq; in medio in quo h̄z esse intētōnale. **C** Et per hoc p̄z solutio ad 3<sup>m</sup>. **C** Quarta 2. In omni sonatione sit repercuſſio soni a corpore opposto corpori sonanti. Hec ḡ p̄siderat tali ratioē. In omni illuminatione sit repercuſſio lumenis: ḡ a fortoz in omni sonatione sit repercuſſio soni. **C** Sed si arguitur ḡ hanc ḡnem. Si in omni sonatione esset repercuſſio soni: sequeret qđ in oī sonatione causaretur sonus echon. n̄s est falsum: et contra oīm experientiā. ergo tē. **C** Dōm qđ in oī reperberatione soni causatur sonus echon: sed talis sonus

S. Tho. super aia. n. w

## Tractatus secundus

3

non semper est manifestus. Oportet enim ad hoc quod fiat manifestus (ut dicit hic Doctor sanctus) quod repercussio soni fiat ad corpus concavum in quo natus est multiplicari sonus. Si autem fiat talis reverberatio ad aera corpora que non sunt apta nata multiplicare sonum: sicut quidem sonus echonis: non manifestus. Pro ampliori declaratione huius soni echonis: considerandum est finis Doctoris sanctum: quod cum generatio soni sequatur motu aeris: sic contingit de imutatione aeris apud generationem soni: sicut de imutatione aquae: cu[m] aliquid in aqua proiecitur. Manifestum est autem quod sunt quidam regyrations in circuitu aquae percusse que circa locum percussione sunt parue et motus est fortis. Ubi autem sunt maiores regyrations est motus debilior. Tandem motus totaliter deficit et regyrations cessant. Si autem antequam motus cesseret regyrations ille aliquod obstatibus inuenirentur: fit motus et regyratio in omnibus: et tanto vehementius quanto propinquius fuerint prime percussione. Pariter miter intelligendum est quod ad percussione corporum sonantium aer in quodam gyro mouetur: et sonus diffunditur circulariter. Et in propinquio ille gyrationes sunt maiores: et motus est fortior. In remoto autem gyrationes sunt maiores: et motus est debilior: et sonus obscurior auditur. tandem autem deficit totum. Si autem antequam deficiant huius gyrationes: fiat reverberatio aeris sic motus: et sonum deferentis ad aliquid corpus: ille regyrations revertuntur in contrarium: et auditur sonus quasi ex ad aduerso qui dicitur echos. ¶

Sequitur in textu. Vacuum autem recte dicimus proprium audiendi. ¶ Hec est lectio decima septima eiusdem libri: et in commento Sancti Thome.

2

**S**tud est undecimum capitulum presentis secundi tractatus in quo Pbs determinans de immutatione auditus a sono: ponit tres conditiones que requiruntur ad hoc quod auditus possit imitari a sono. Quarum prima est: quod ibi sit unitas et continuitas aeris et continuus motus ab aliquo corpore solido et firme. Secunda conditio est quod in organo sit aer intraneus inclusus in quadam pellicula. Tertia conditio est quod talis aer sit immobilis. Ex his conditionibus elicuntur tria impedimenta ex opposito per quod impedit talis immutatio. Primum est quod illa pellicula circumdans illum aerem corrumperet vel leditur. Tertium est quod talis aer est mobilis. Considerandum est ulterius finis Pbs in lra quod due sunt differentie soni. scilicet gravis et acutus. Sonus enim acutus est qui in paucum tempore multum mouet auditum: sed sonus gravis est qui in multo tempore parum mouet auditum. Et si dicatur: est aliquis sonus moderatus et circulus flexus: ergo predicte differentie non bene assignantur. Dicendum quod sonus circulus flexus et sonus moderatus continens sub predictis sunt mediocres et sonus moderatus sub externis: quod participat aliquid de sono acuto: et de sono grave. patet in musica Boetii. Si dicatur ulterius: sonus acutus et sonus gravis sunt species soni: ergo acutum et grave non sunt esse eius. Domus quod grave et acutum potest accipi duplum. Uno modo formaliter sic sunt differentiae soni. Alio modo materialiter per ipsum sono qui est acutus: vel pro illo sono qui est gravis: sic sunt species soni. Considerandum ulterius quod acutum et grave non sunt idem quod tardum et velox: quod sonus non est idem quod motus: ergo differentiae soni non sunt eadem cum differentiis motus: sed acutum et grave sunt differentiae sonorum: ex dictis p[ro]p[ter]is: et tardum et velox sunt differentiae motus: ergo reverberatio soni causatur a motu: ideo acutum et grave in sono causantur a velocitate et tarditate motus. Circa predicta dubitaf prius: utrum tam percussio quam percussum sint causa actua soni. Et videtur quod non. Nam illud quod est causa actua non est causa passiva respectu eiusdem: sed corpus percussum est causa passiva: ergo non videtur quod sit causa actua soni. In primis arguitur per Pbs in lra. Et domus quod tam percussio quam percussum est causa actua soni: cuius ratione est quod sonus generatur ex fractione aeris: sed corpus percussum est causa actua huius fractionis. ergo corpus percussus concurrit actiue ad generationem soni. Et quod ad talen fractionem aeris requiriatur quod corpus percussum sit durum et firmum: video facit illum aerem resilire: ad quaz resiliency corpus percussum concurreat actiue deo corpus percussum actiue ad generationem soni concurrit. Ad rationem dubium domus quod corpus percussum passiu[m] concurreat ad fractionem aeris: actiue tamen concurrit ad predictam resiliency que ad generationem soni concurrit. Dubitas sed: utrumsonus sit proprium obiectum auditus. Et videtur quod non. Nam nullum sensibile commune est proprium obiectum alicuius sensus: sed sonus est sensibile commune. ergo recte. Probatio minoris: quod motus est sensibile commune: sed sonus non est nisi quodam motus aeris: ut hic concedit Pbs: ergo sonus est sensibile certe. Preterea. Illud quod immutat auditum est obiectum auditus: sed corpus percussum sine sonans immutat auditum: ergo corpus percussum sine sonans est obiectum auditus: et per se non sonus: cum tamen unius potentie sit unum obiectum. Domus quod sonus est proprium et per se obiectum auditus. Quod sic p[ro]p[ter]e. Nam illud est proprium et per se obiectum alicuius potentie sub cuius ratione formaliter oia sensitiva illius potentie apprehendetur ab illa potentia: sed sonus est huius. ergo recte. Ad priam rationem dubium domus quod sonus non est motus: etiam litera sed effectu solum: quia causatur a motu et consequitur ipsum. Ad secundum domus quod corpus sonans immutat per accidens auditum et non per se: unde ratio nulla.

Sequitur in textu. Vox autem est sonus quidam animati. ¶ Hic incipit lectio decima octava eiusdem libri: et in commento Sancti Thome.

**S**tud est secundus capitulus predicti tractatus in quo Pbs determinando de quadam specie soni: videlicet de voce: ponit unam conclusionem: videlicet quod vox est repercussio aeris respirata ab aera fini imaginationem que est in his partibus ad artaria vocalem. Hec conclusio probatur quantum ad singulas partes. Et primo quod vox sit reverberatio aeris. Nam omnis sonus est reverberatio aeris. et reverberatio aeris causatur: sed omnis vox est sonus. ergo omnis vox est ex reverberatione aeris. Quod autem vox sit reverberatio aeris respirata: probat Pbs duobus signis. Quorum primum est. Nam non potest formare vocem nisi aspirando vel respirando nisi retineat aerem: ergo signum est quod vox est reverberatio aeris respirata. Secundum signum est: quod animalia non respirant non possunt formare vocem: ergo recte. Quod autem vox sit reverberatio aeris respirata ab anima ad artarias vocalem patet. Nam sicut in sonoritate in voce reperitur corpus percussum: sed vocalis artaria videtur corpus percussum in generatione vocis. ergo recte. Et hac conclusione infertur quod animata non potest formare vocem. Infersit sed: quod animalia non respirantia non potest formare vocem: et per se non possunt formare vocem. Infersit tertio: quod animalia parentia sanguine non potest etiam formare vocem. Considerandum est finis Pbs in lra. Primo quod aer respiratus est medium vocis: cuius respirationis organum est vocalis artaria que est quedam vena procedens a pulmone ad guttum. Contra predictam conclusionem sic arguit breviter. Reverberatio est quodam motus: sed vox non est motus: ergo vox non est reverberatio aeris. Preterea. Si vox esset reverberatio aeris ab anima: sequeretur quod instrumenta musicalia non formarent vocem. cōsequens est falsum: et contra communem modum loquendi. ergo recte. Preterea. Respiratio est naturalis animalis.

malis ergo si vox esset reverberatio aeris respirati: sequetur qd quelibet vox esset naturalis: per sp̄is significativa naturaliter. Ad primum dñm qd omnis vox est reverberatio aeris est predicatio causalis et non essentialis. Ad 2<sup>m</sup> dicendum qd instrumenta musicalia et alia manimata dicuntur formare vocez similitudinarie, tum p̄mo ppter continuatatem soni, tum 2<sup>o</sup> ppter resonantia, tum 3<sup>o</sup> propter interēptionem: non tñ dicuntur formare vocem proprie. Ad 3<sup>m</sup> dñm qd h̄z formare vocez in cōi sit nāle aialis: conditionibus predictis reseruatissimis formare hanc vel illaz vocem non est nāle aialis: unde non op̄z qd quelibet vox sit naturalis animali.

Sequitur in textu. De odore autem et olfatu minus bene determinabile r̄t. Hec est lectio decimanona eiusdem libri: et in commento sancti Thome.

**S**tud est decimū tertium caplū huīus tractatus in quo P̄bs determinans de obto olfatus. s. de odore: ponit duas p̄clusiones. Quarū prima est qd nos habemus peiorē olfatum ceteris aialibus. Hec p̄clusio probatur tali rōne P̄bi. Nam instrumentū sensus debet esse proportionatum sensibili suo: sed sensibile olfatus. s. odor caudatur ex calido et sicco: ergo instrumentū sine organum olfatus dñs esse cōpositum ex talibus. s. ex calido et sicco: sed cerebrum nostrum in quo consistit instrumentū olfatus parum h̄z de calido et sicco: et superabundat in humido et frigidocuz inter cetera animalia pro maiori parte habemus peiorē olfatum. Ex quo inferitur sūm P̄bi qd difficile est determinare de odorabili et speciebus eius. Et si arguitur. Homo est pfectissimū aialium: ergo habet perfectissimas operationes: et per sp̄is perfectissima instrumenta. Dñm qd h̄z homo absolute et simpliciter loquendo sit perfectissimū aialium: non tñ est inconveniens qd aliquod aial sit perfectius homine quantū ad aliquid: sicut quantū ad fortitudinem leo precellit: et lnx quantum ad visum: sic de alijs. Secunda conclusio est qd sp̄es et differentiae odoris nobis ignote sunt: sed sunt nobis note per coparationem ad differentias savoris. Hec cōclusio probatur tali rōne. Quidam aliqua duo habent proportionem adiucentes. et unum est notius altero: illud qd est minus notum h̄z cognosci et notificari per illud qd est notius. Sed species odoris et savoris proportionē habent adiuncem (cum olfatus proportionem habeat ad gustus) et species savoris sunt nobis magis manifeste: ergo relinquunt qd species odoris nobis innotescat per species savoris. Quod autem sp̄es savoris sunt nobis magis manifeste p̄z: quia nos habemus gustū certiores ceteris aialibus: quia gustus est qdam tactus: tactum autē habemus ceteris aialibus perfectiore: ergo species odoris sumuntur a speciebus savoris. Ex quo sequitur qd homo est prudensissimū animal: quia ex sensu tactus accipim⁹ qd aliqui sunt ingeniosi vel non ingeniosi: non aut sūm alium sensum. Unde illi qui sunt duri carne: carēt in genito bono: et sunt inepti ad scientias et ad virtutes. Illi vero qui sunt molles carne ingeniosi sunt et apti mente ad scientias et ad virtutes. Quod autem illi qui habent bonū tactum habeant per se bonitatem mentis: p̄z dupliciter. Tum p̄mo: quia tactus est fundamen tum alios sensum. Tum scđo: quia bonitas tactus sequitur bonitatem cōplexionis. Et si arguitur. Sensus visus spiritua ior est: et plures rerum differentias demonstrat: vt p̄z in phēmio metaphysico ergo sensus visus magis denotat bonitatem metis et ingenij qd sensus tactus. Preterea. Si homo haberet certissimū tactum inter cetera animalia: sequeret qd species odoris deberent sumi a qualitatibus tangibilibus et non a speciebus savoris: consequēs est contra P̄bi hic ergo r̄t. Preterea. Vulgo dñ qd aranea precellit hominē tactu: vt p̄z per quendam merritam quis sic ait. Vultur odo

ratur: lnx visu: sumia gustu. Nos aper auditu: precellit aranea tactu. Ergo sequitur qd homo ceteris aialibus non beat certissimū tactum. Ad primum dñm qd visus per accidens potest concurrere ad bonitatem et nobilitates nientis: per se tñ sensus tactus valet ad probationem nobilitatis ipsius metis. Ad 2<sup>m</sup> dicendum qd savor et odor caudantur per coniunctionem aliquarū primarum qualitatū sensibiliū. Qualitates vero tangibles sunt simplices et non comixte. ut hic dicit Doc. san. ideo sp̄es odoris magis sumunt a speciebus savoris qd a qualitatibus tangibilibus. Ad 3<sup>m</sup> dicendum negando assumptū: quia predicta metra de directo repugnant dictis P̄bi et veritati. Pro maiori declaratio ne considerandū est sūm P̄bi in fra qd sp̄es odoris sine differentiis sunt dulce et amarus: que qdēm in vino et eodez alii quandoque veniunt cum differentia savoris: et alii non differunt. Nam aliquād contingit qd vbi est odor dulcis: ibi est savor dulcis: et vbi est odor amarus: ibi est savor amarus. Aliqui vero contingit qd vbi est odor dulcis: ibi est savor amarus: et vbi est savor dulcis: ibi est odor amarus. Unus rō est: qd odor consistit in calido et sicco temperato: savor vero consistit in humido aquo debite digesto: vbi ergo illa duo simul reperiuntur: ibi reperiatur odor eiusdem qualitatis cuius savor est vero reperiat vnum et non reliquū: ibi erit differentia in qualitate vtriusqz. Circa predicta dubitas vtrū odor sit p̄prium obiectum olfatus. Et arguitur qd non: quia illud est p̄prium obiectū quod est adequatum alicui potentie: sed odor non est obiectū adequatum olfatur. ergo r̄t. Probatio minoris: qd non odorabilia p̄t p̄cipi ab olfatu: vt concedit hic P̄bs. Preterea. Odor est perceptibilis a gustu: ergo non est p̄prium obiectum olfatus. Ad dubium dicendum qd odor est p̄prium et adequatum obiectum olfatus: qd probat illa rōne qua probatū est superioris de colore respectu visus: et de sono respectu auditus. Ad p̄mam rōnem dubium dñs qd non odorabilia percipiunt ab olfatu: non perse sed per accidens. Et similiter dicendum est ad 2<sup>m</sup>.

Sequitur in textu. Est autem et olfatus per medium ut aerem et aquam r̄t. Hec est lectio vigesima eiusdem libri: et in commento sancti Thome.

**S**tud est decimū quartū caplū huīus tractatus in quo P̄bs determinans de mutatione olfatus ab odore ponit tres ḡnes. Quarū p̄ma est qd aer et aqua sunt medium odoris. Probat quia species odoris diffunduntur per aerē et aquam. ergo r̄t. Aliis patet per sensum. Nā vultures per magnū spatium veniunt ad cadavera mortuum: qd non facerent nisi sp̄es odoris diffunderentur pae rem: et aquatica: vt pilos odores sentiuntur: vt patet ad sensum. Secunda conclusio est. Idem sensus olfatus sūm sp̄iem est in oībus animalibus tam rōnaliib⁹ qd irrōnaliib⁹. Hec p̄clusio probatur duabus rōnibus P̄bi. Quarū p̄ma est. Nam sensus distinguunt penes sensibilitā: sed olfatus in omnibus animalib⁹ ordinant ad idem sensibile. vñ. ad orem. ergo r̄t. Preterea. Ille sensus est vñus cui⁹ sunt eadem corruptiua: sed tam olfatus boīs qd aliorum animalium corripuntur ppter excellentiā odoris. ergo idem ut supra. Contra hanc ḡnem arguitur tali rōne P̄bi. Aliqua sunt animalia que odorant respirādo: aliqua vero odorant nō respirando: ergo videt qd non est idem olfatus in omnib⁹ animalibus. Dicendum qd est idem olfatus sūm essentiā: sed est diuersus modus odorādi qui peruenit ex diuersa dispositione organi. Nā organū olfatus in hominē differt ab organis aliorū aialium. Nā organū odoratus in hoīe est cū cooperculo: in alijs vero animalibus non respirātibus est sine cooperculo. Ex quo infert P̄bs qd respirantia non odorant in aqua. Tertia conclusio est: qd organū olfa-

## Tractatus secundus

**I**ns esse in potentia ad odorem et siccitatem. Cuius ratio est: quia sicut se h[ab]et organum visus ad colorē et lumen: ita se h[ab]et organum olfatus ad odorem et siccitatem: cu[m] odor fundetur in siccitate: sicut sapor in humido: sed organum visus est in potentia ad colorē et lumen: et organum olfatus dicitur esse in potentia ad odorem et siccitatem. **C**irca predicta dubitatae virtutis odor transfundat suas spes in aere realiter vel intentionaliter. Et videtur quod realiter. Nam poma odorē emittentia desiccantur: quod non fieret nisi esset rea lis evaporationis: et odor realiter transfunditur in medio. **P**reterea. In omni evaporatione est finalis evaporationis: sed talis h[ab]et esse reale in medio: et idem ut supra. **P**reterea. Bestie vestes duorum volunt gescere in aliquo loco faciunt magnus saltus ne canes ipsas percipiant per odorem: sed hoc non esset nisi odor realiter esset in medio: ergo ratiō. **D**icitur quod odor transfunditur realiter in medio quantum ad aliquam partem: non tam quantum ad totum medium. Prima pars illius per argumentationem facta. Secunda pars probatur: quod ferunt quod vultures per quinque gentes nubiliaria et amplius ad cadavera mortuorum veniunt propter odorē: sed impossibile est quod talis odor per tantum spatium possit diffundiri realiter: cu[m] visus eiusque rei sit determinatus terminus rarefactio[n]is vel evaporationis. **A**d argumenta omnia dubium patet solutio ex dictis.

**C**Sequitur in textu. **G**ustabile autem ratiō. **H**ec est lectio viii. secundum eiusdem libri et in commento sc̄i Thomae.



**S**tud est quintūdecimū caplū p[ro]positū tractatus in quo p[ro]p[ter]is determinans de gustu ponit quatuor p[ro]clu[n]iones. **Q**uādū prima est: quod gustus percipit suum obiectum. s. saporem per medium intraneū. Hec p[ro]clusio probatur tali rōne. Nam tactus percipit suum obiectum per medium intraneū: sed gustus est qdā tactus: et gustabile est qdā tactibile: ergo sequitur quod gustus percipit suum obiectum per medium intraneū. **P**ro cuius declaratione p[ro]clu[n]io est h[ab]et Doc. sanc. quod duplex est medium sensus. Quoddā est medium intraneū quod dicitur pars aialis de constitutione eius existens: utputa caro. Aliud est medium extraneum: quod s. non est pars aialis: utputa aer vel aqua. **G**ustus ergo et tactus percipiunt sua obiecta per medium intraneū. Alij non sensus per medium extraneū: ut ex supradictis p[ro]p[ter]is. **C**ontra predicta sic p[ro]mo arguit. Si gustus esset qdā tactus: sequeretur quod non esset nisi quatuor sensus exteriores: p[ro]p[ter]is est h[ab]et oīm doctrinā phoroz: ergo ratiō. **P**reterea. Alijs in aqua existens percipit saporem alicuius corporis distatis: ergo ratiō quod gustus non semper percipiat suum obiectum per medium intraneū. **A**d primū dicendum quod gustum esse tactum potest intelligi duplex. Uno modo quantū ad essentialē sensu[m]. Alio modo quantū ad modum sentiendi. **G**ustus ergo dicitur tactus secundū modo: non aut p[ro]mo modo. Quid patet tali rōne Doctoris sancti. Nam ita se h[ab]et gustus ad tactum: sicut se h[ab]et obiectus gustus. s. sapor ad obm[en] tactus. s. ad quatuor qualitates tangibles: sed manifestus est quod sapor non est essentialiter qualitas aliqua de qualitatibus tangibilibus: ergo essentialiter gustus non est qdā tactus. **A**d 2<sup>o</sup> dicitur quod aliquis exīs in aqua non percipit saporem corporis distatis: ut distans est h[ab]et quod dicit hic Doctor sanctus: sed percipit saporem corporis distatis h[ab]et quod admixtum est cum aqua. **C**ecidit p[ro]clusio. Gustabile non potest percipi a gustu sine humiditate. Hec p[ro]clusio probatur tali rōne. Sicut se h[ab]et color ad lumen per respectum ad visum: ita se h[ab]et sapor ad humidum per respectum ad gustum: sed color non potest percipi a visu sine lumine: ergo sapor non potest percipi a gustu sine humiditate. **E**x quo inferitur quod gustabile dicitur esse vel actu humidum vel aptum natūrum humiditatem suscipere. **T**ertia p[ro]clusio. Gustus non solus percipit gustabile: sed et non gustabile. Hec probatur tali rōne. Nam sicut se h[ab]et visus ad visibile et non visibile: ita se h[ab]et gustus ad gustabile et non gu-

stable: sed manifestū est quod visus non solus percipit visibile: sed etiam non visibile: utputa tenebras: ergo ratiō. **C**ontra eius declaratione p[ro]clu[n]io est h[ab]et Doc. sanc. quod aliqd dicitur gustabile tripliciter. Uno modo illud dicitur gustabile quod h[ab]et bonum gustum. Secundo modo dicitur gustabile quod h[ab]et paruum gustum. Tertio modo dicitur gustabile quod h[ab]et paruum gustum. Et per oppositum aliqd dicitur non gustabile tripliciter. Uno modo quod non est aptus naturali aliquo modo mutare gustum. Alio modo dicitur non gustabile quod non potest mutare gustum nisi praeve[n]t. Tertio modo dicitur non gustabile quod non potest mutare gustum cum magna quantitate: sed bene posset mutare cum modica. **C**onsiderandum est secundū quod gustū percipere non gustabile potest intelligi duplex. Uno modo per se et positive. Alio modo per accidens et priuatim. Primo modo gustus non potest percipere non gustabile: sed binū secundū modo. **Q**uarto p[ro]clusio. Instru[m]entū sue organum gustus non est humidū actu h[ab]et seipsum: nec est tale quod non possit fieri humidū. Hec p[ro]clusio probatur tali rōne. Nam sicut se h[ab]et organum visus ad lumen: ita se h[ab]et organum gustus ad humidū: sed organum visus non h[ab]et in se lumen in quantum hu[m]ido: nec est susceptivū coloris. Et ratiō. Idem p[ro]p[ter]is a signo. Nam lingua exīs secca aut valde humida non potest sentire. Et signum est quod organum gustus quod est in lingua non est actu humidū. **C**irca predicta p[ro]mo dubitatio de speciebus saporis. **D**icendū quod septem spes saporis superiori enumerantur que continentur in his versib[us]. Dulcis et austera salis quoque pinguis amarus. Ponticus acutus: spes sunt iste saporis. Quarū species sicut sic potest formari sufficietia. Nam tales spes aut rōnem habent extremos aut rōnes medij. Si p[ro]p[ter]is: sic sunt dulce et amarus. Si 2<sup>o</sup>: hoc est duplex: vel h[ab]et rōnem medij per participationem: vel per equidistantiam. Si 2<sup>o</sup>: sic est acutus. Si p[ro]p[ter]is: et hoc est duplex: vel tale medium mediat inter dulce et acutum: vel inter amarum et acutum. Si p[ro]p[ter]is: hoc est duplex: vel magis accedit ad acutum: et austera. Si 2<sup>o</sup>: hoc est duplex: vel magis accedit ad acutum: et accedit ad acutum: sic est salsum: vel magis accedit ad amarum: sic est ponit: de quod in libro de sensu et sensato latius disputatum est. **D**ubitatio 2<sup>o</sup> virtutis saporis sit proprium obm[en] gustus. Et ratiō quod non. Nam illud quod est inferius ad obm[en] alicuius potentie: non potest esse obm[en] alterius potentie: sed sapor est qdā inferius obm[en] ipsius tactus: cu[m] oīs gustabile sit tangibile: et non est exterior. Et ratiō quod sapor non sit obm[en] ipsius gustus. **P**reterea. Obm[en] p[ro]p[ter]is et proprium alicuius potentie non percipit ab alia p[ro]p[ter]is: sicut sensibile proprium obm[en] ei: sed humor salivalis mutat gustum: quod est obm[en] eius et non sapor. **D**icitur quod sapor formaliter sumptus: et in quantum sapor: est p[ro]p[ter]is et proprium obm[en] ipsius gustus. Quod posset probari eadem rōne qua probatum est supra de obiecto. **A**d 3<sup>o</sup> dicitur quod sapor non continet sub quatuor qualitatibus tangibilibus: sicut inferius sub suo superiori: nec est gustus continetur sub tactu: sicut inferius sub suo superiori essentia loquendo: sed solus contingit ad modum sentiendi: ut supra dictum est. **A**d 2<sup>o</sup> dicitur quod sapor per se et formaliter non percipit a tactu: sed solus in quantum causat a qualitatibus tangibilibus. **A**d ultimum dicendum quod humidum salivale instrumentaliter occurrit ad gustum non obiectivem: unde ratio sequitur ratiō.

**C**Sequitur in textu. **D**e eo autem ratiō. **H**ic incipit lectio vigesima secunda eiusdem libri et in commento sancti Thomae.



**S**tud est 16<sup>o</sup> caplū presentis tractatus in quo p[ro]p[ter]is determinando de sensu tactus et de tangibili: ponit duas quas p[ro]p[ter]is solvit duas dubitatio[n]es. **Q**uādū p[ro]p[ter]is est. Sensus tactus non est unus formaliter sed plures. Hec est probatur tali rōne p[ro]p[ter]is. Nam unus sensus est unus proprietatis per se et primo: sed sensus tactus non est unius proprietatis per se primo: sed sensus tactus non est unius proprietatis per se primo.

A cum obm̄ eius sint quatuor qualitates tāgibiles. scilicet calidus, frigidus, humidus, et seccus. q̄ tactus non est unus sensus formaliter. **C**ontra hanc p̄nem sic arguit. Auditus non est solū unus h̄rietatis; nam est gravis et acutus; magnitudinis et paruitatis; lenitatis et asperitatis. t̄c. que sunt diversa contraria; et nō auditus est unus sensus; sed isti diversa sunt h̄rietatum. **C**ontra. Organū tactus est unus quod dicitur esse quidam nervus per totū corpus per modū cuiusdā retis p̄sistens in media p̄portione qualitatū tangibilium; ergo tactus est unus sensus; cum diversorum sensibilia sunt diversa organa. **C**ontra. Gustus est quidam tactus; ut supra concessus est; q̄ si tactus non est unus sensus formaliter; sequitur q̄ gustus non est unus sensus habeat unum obm̄. i. saporem. **C**ontra. Si tactus non est unus sensus formaliter; sequeretur q̄ nō essent quinq̄ sensus exteriores; q̄ns est falsum; et p̄tra oēm regulas Phorum. ḡ t̄c. **C**ontra. Accidens multiplicatur ad multiplicationē suorum subitorum; ad subm̄ tactus est unus formaliter. ḡ idem ut supra. **C**ontra. Ad p̄mū r̄ndet hic Ph̄s negando p̄niam; q̄z diversae h̄rietates soni h̄nt aliquod cōe subm̄; vis delicit sonum sub cuius r̄one formalis h̄nt imutare sensum auditus. Sed quatuor qualitates tāgibiles nō h̄nt aliquid cōe subm̄; unde r̄o non est sibilis. **C**ontra. Item ad arg. solvit Doc. sanctus alia solōne. Nam plures h̄rietates eē alicuius subticōis sine generis p̄t intelligi dupl̄r. Uno mō q̄ sint plures h̄rietates per se et p̄mo; et si ipsius coloris aut soni nō sunt plures h̄rietates. Alio mō q̄ sint plures h̄rietates scđario et per accidens; vna t̄i p̄mo et per se; et isto mō ipsius soni sibill̄ et coloris p̄t esse plures contrarietas. Q̄n autē dī q̄ unus sensus est unus h̄rietatis t̄m̄ intelligit per se p̄mo. Mō inter quatuor qualitates tāgibiles sunt diversae h̄rietates per se et p̄mo respectu tactus; ideo tactus non p̄t esse unus sensus formaliter. **C**ontra. Sed h̄ p̄maz solōnem sic arguit. Unum corporum est unus subm̄ cōe. vñ. corpus; sed quatuor qualitates tāgibiles sunt accentia corporalia. ḡ h̄nt unus subm̄ cōe. **C**ontra. Ad hoc r̄ndet Doc. san. in līa q̄ qualitatū tāgibilia sunt esse unus subm̄ cōe; p̄t intelligi dupl̄r. Uno mō accipiendo subm̄ pro ḡne q̄ se h̄z ad diuersos diuidentes sicut p̄ ad actum; et illo modo non h̄nt illum subm̄ cōe. Alio modo accipiendo subm̄ pro suba; que est subm̄ accentuum; et isto modo dicte qualitates h̄nt aliquod cōe subm̄. **C**ontra. h̄c ponunt sub aliquo ḡne; ut p̄z in p̄dicamentis et 10° metaphysice. ergo qualitates tāgibiles que h̄riantur adiuvicē continent sub aliquo ḡne; et sic h̄nt aliquod cōe subiectū; accipiendo subiectū pro ḡne. **C**ontra. q̄ h̄z p̄dicate q̄litas habeant aliquod genus remotū; non t̄i h̄nt unus genus p̄pinq̄. Uel dicendū et forsan melius q̄ h̄z dicte qualitates p̄tineantur sub aliquo ḡne logico; non t̄i cōtentū sub ḡne subitorum non p̄ueniat in aliqua r̄one formalis imutationis. **C**ontra. Ad 2° dōm q̄ organū tactus est unus māliter; et t̄i plures formaliter. Quis r̄o est; q̄ organū tactus p̄lit in media p̄portione qualitatū tangibiliū ut dōm est in obiectu; sed diversarum h̄rietatum sunt diversae medie p̄portiones; cuz igitur iter qualitates tangibiles sunt, diversae h̄rietates relinquit q̄ in organo tactus sunt diversae medie p̄portiones; et per q̄ns illo modo organū non est unus formaliter. **C**ontra. Ad 3° dōm q̄ h̄z sunt t̄m̄ q̄nq̄ sensus exteriores in ḡne; p̄t t̄i esse plures in specie. **C**ontra. Ad ultimū dōm q̄ accidētia mālia multiplicantur ad multiplicationē subitorum; non aut specificē; vñ tactus est bū vñ sensus māliter et subiectus; est t̄i plures formaliter et obiectus. **C**ontra. Seda conclusio. Caro non est organū tactus. Hec p̄clusio p̄batur dupl̄r. Primo; sicut se h̄z aer ad visus; ita se h̄z caro ad tactus; sed aer nō est organū visus; ergo caro nō est organū tactus. **C**ontra.

In lingua sunt duo sensus; vtp̄ta gustus et tactus; ad quorum sensuū actionē concurreat caro. ḡ signū est. q̄ caro non est organū tactus; q̄ pari r̄one esset organū gustus; et sic gustus et tactus non essent plures sensus; cum diuersorum sensuū sunt diuersa organa. **C**ontra. Et si dicaf. Statim ad tactus cari sensuū tangibilitia. ḡ vñ q̄ caro est organū tactus. **C**ontra. Ad h̄ r̄ndet Ph̄s negando p̄niam; cuius r̄o est; q̄ si aliqua pellicula extenderet supra carnē statim ad tactus illi? pellicula sentiret tangibile; et t̄i q̄p̄ hoc non eēt dōs q̄ talis pellicula eēt organū tactus. Unū iū ad tactum carni imediate sentiatur tangibile; non sequitur q̄ caro sit organū tactus.

**C**onsequitur in tertio. **D**ubitabit autem si omne corpus p̄fundum habet t̄c. **H**ec est lectio vigesimateria huius secundi libri; et in cōmento. **S**. Thome.



**S**tud est decimūseptimum capitulum huius scđi tractatus in quo Ph̄s determinādo de medio extraneo ip̄ius tactus p̄nit tres p̄nes. **C**ontra p̄niam est. Inter tangēs et tactus cadit mediū extraneū. Hec p̄clusio p̄batur tali r̄one. Nam illud tangēs aut est in aqua aut in aere. q̄dūq̄ dicat; semper inter tangēs et tactus mediāt humidi tas aut aerea aut aqua; que cū sit qualitas non p̄t esse nisi in corpore sōlo; ḡ inter tangēs et tactus cadit medium extra neum. vñ. aut aer aut aqua. Verūt q̄ aer mediet est nobis magis imanifestū et latens q̄ aqua. **C**ontra p̄dictaz p̄nem sic arguit. Si inter tangēs et tactum caderet mediū; sequeretur q̄ in tangibilibus eēt procedere in infinitū; q̄ns est falsum. ḡ et ans. Patet sequela; q̄z mediū illud tāgeret tactū. Si ḡ inter tangēs et tactū caderet mediū; cum ip̄m medium etiā sit tactū; inter tangēs et ip̄m mediū caderet aliud mediū tactum; et sic eēt procedere in infinitū. **C**ontra. Si aqua ponat super organū tactus imediate p̄cipere a tactu ut ad sensum p̄z; ergo inter tangēs et tactum non cadit medium. **C**ontra. Si inter tangēs et tactum esset aliquod mediū; maxime esset aer vel aqua; vt hic inuit Ph̄s; sed aer vel aqua non p̄t esse mediū tactus. Qd̄ sic p̄z; q̄z mediū alicuius sensus non h̄z actu formaliter r̄onem sui obiectū; sicut diaphanū non h̄z actu colorē aut lumen; sed aer et aqua h̄nt actu ali quas qualitates tangibiles que sunt formaliter obiectū tactus. ḡ t̄c. **C**ontra. Mediū tactus est caro; ut in p̄cedenti capitulo declaratū est; sed caro nō est aer aut aqua; s̄z mixtum ex his; ergo aer et aqua nō sunt mediū tactus t̄c. **C**ontra. Ad p̄m dōm q̄ inter tangēs et tactus cadere mediū extraneū p̄t intelligi dupl̄r. Uel loquendo de corporibus tangibilibus siccis vel humidis. Si loquamur de tangibilibus hūni dist; sic inter tangēs et tactus non cadit mediū extraneū; vt voluit argumētū. Si vero loquamur de tangibilibus siccis; sic inter tangēs et tactum cadit mediū extraneū; vt voluit p̄clusio. **C**ontra. Et per hoc p̄z solo ad 2°. **C**ontra. Ad 3° respondet Auero. dicens; q̄ corpora nostra non p̄t pati ab elementis nisi r̄one alicuius admixtionis; cū elementa habeat se ut locantia; et corpora nostra ut locata; nec elementa possint alterari adiuvicē; nisi rationē alicuius qualitatis admixte ad quā quidem admixtionē aqua et aer sunt in potētia. **C**ontra. Hec responso flare non p̄t ut dicit hic Doc. san. **C**ontra. Ad p̄m q̄ corpora nostra se habent ad elementā in r̄one locantis; sicut unus elūntum patitur ab alio; sed unus elūntus est locans respectu alterius; ḡ corpora nostra p̄t pati ab elementis; dato q̄ elūnta sunt locantia. **C**ontra. Ad 2°; q̄ elūnta quantum ad aliquā eoz partem sunt corruptibilia; s̄z corruptio non fit sine alteratione. ḡ elūnta possint adiuvicē alterari. **C**ontra. ergo est p̄mo q̄ elūnta dupl̄r possint considerari. Uno mō q̄ntū ad qualitates activas et passivas; et isto modo

## Tractatus secundus

corpora nostra p̄t pati ab elementis: et ipsa elementa p̄t inueniū alterari: nec vt sic elemēta habent rōne, locantis. Alio modo possunt pliderari fīm suas formas substātiales quas consequuntur ex actione corporis celestis: sic habet rationē locantis: vnde corpora nostra ab eis non p̄t pati fīm q̄ h̄: vnde corpus locans est magia p̄seruatuum locati q̄ destrūctiū. Dicendū scđo q̄ l̄ aer et aqua habeat qualitatis tangibiles et in actu cōplete: sī fīm eorū subam considerentur. Si tñ considereret ut medium tactus: sic non habent illas qualitates tagibiles in actu completo: sed eas habent in actu incōpleto qui cōparatus ad actum completuz habet rōnem potentie. Ad 4<sup>m</sup> dōm q̄ caro dicit medium intraneū et generale ipsius tactus: aer vero et aqua dicunt esse medium extraneū et non generale. Et l̄ etiā alijs sensus fīvis et auditus habeant medium extraneū sicut sensus tactus: tñ diversimode sensus tactus imutatur a tali medio q̄ alijs sensus. Nam illud medium simul et semel imutatur a qualitatibus tagibilibus et imutat tactum: vt dum aliquis aliū percūt per clipeuz simul et semel imutat clipeum et organum tactus. Sic non est in alijs sensibilibus. Nam diaphanū qđ est medium visus imutatur a lumine et ipm imutatum imutat organum visus. Et si dicatur. Immutatio visus et diaphani sit in instāti: ergo simul et semel diaphanum imutatur a lumine et visus a diaphano: et per p̄is non est dīa in ter mutationem visus et tactus a suis mutationibus medias. Dōm q̄ ly simul/pōt dicere ordinez t̄pis tm̄: et ordine t̄pis et cālitātē simul. Si dicat ordinez t̄pis tm̄: sic mediuz visus simul imutat a lumine: et visus a medio. Si vero dicat ordinem temporis et causalitātē simult: sic sensus visus et dia phanum qđ est medium eius non simul imutantur. Isto autē vltimo modo tactus et medium eius simul imutat. Ex predictis maxime infertur fīm Phī et caro non pot esse organum tactus: qz sensibile positi supra sensum non facit sensationem: sed tagibile immediate ponit supra carnem: et sic positum sentitur: ergo sequit q̄ caro non est organus tactus. Secunda conclusio. Organū tactus nō h̄ in se qualitates tangibiles. Probatio Phī. Sicut se habet organū visus ad lumen et ad colores: ita organū tactus ad qualitates tagibiles: sed organū visus non h̄ in se actu lumen aut colores. ergo t̄c. Si dicat. Mīrtū h̄ in se qualitates tangibiles. sed organū tactus est corpus mīrtū: cū sit neruus quidam p̄tens per totū corpus: ergo h̄ in se qualitates tangibles. Dōm q̄ corpus mīrtū non h̄ in se qualitates tangibiles in actu cōplete: sed solum in actu incōplete qui h̄ rōnem po p̄ comparisonē ad actum cōpletum: vt dc̄m est supra. Tertia. Tactus est non solū ipsius tagibilis: s̄z ēt nō tagibilis. Probatio. qz visus nō solū est ipsius visibilis: sed ēt immensibilis: vt ex supradictis p̄z. ergo tactus non solū est tangibilis: qz de similibus idē est iudicuz. Considerandū tñ est q̄ aliquid non tagibile pot considerari duplī fīm Phī. Uno modo: qz paruz h̄ de qualitate tagibile sicut aer. Alio modo: qz h̄ aliquā qualitatē tagibile in excellentia nimia. Dī autē vtrūq̄ intangibile priuatue quasi male p̄ceptibile sensu tactus: qz aptum natuz est priuatue imutare tactum.

Sequitur in textu. Op̄z autem v̄l' de omni sensu accipere t̄c. Hec est lectio vigesimaquarta et ultima eiusdem libri: et in commento sancti Thome.

**S**tud est decimū octauum et ultimū capi tulum huius scđi tractatus de aia in quo Phī determinādo de sensu in cō: ponit tres cōclusiones. Quaruz prima est. Sensus est susceptiū spērūz sine mā. Hec cōclusio p̄batur per exēplum Phī. Nam cera recipit figurā anuli sine mā. v̄z. sine metallo: aut sine auro: q̄ sensus est susceptiū spērūz sine materia. Ex quo p̄z q̄ forme reisensibilis alites

sunt in re sensibili: et aliter sunt in sensu: quia sunt in re sensibili fīm esse māle: et in sensu sunt fīm esse sp̄iale sive intentionale. Contra hanc conclusionē sic arguit. Proprium est intellectus esse susceptiū spērum sine mā: ergo lensus non est susceptiū spērum sine mā: presertim cum sit materialis potentia. Preterea. Sensus per excellentiā sensibiliū corrumpit: vt hic probat Phī: ergo videt q̄ sensus suscipiat sp̄es māliter et realiter. Ad p̄m dōm q̄ intellectus est susceptiū spērum intelligibilium sine mā et sine p̄ditionib⁹ mālibus. abstrahit enim intellectus ab hic et nūct vt infra in 3º huius patebit: sed sensus non est susceptiū spērum sine p̄ditionib⁹ mālibus: l̄ suscipiat eas sine mā. Itē sensus recipit illas sp̄es in aliquo organo corporali: intellectus autē suscipit sp̄es sine organo: ideo non est simile de sensu et intellectu. Ad 2<sup>m</sup> negatur p̄ntia: qz l̄ excellētia sensibiliū corrumpat sensum: quādō. v̄z. corrūpit p̄portionem inter organū sensus et sensibilitā: non tñ ppter h̄ op̄z q̄ sensibile suscipiat in sensu fīm ēē māle. Secunda cōclusio. Organū sensus corrūpit p̄ excellentiā sensibiliū. hec p̄ probatur tali rōne. Nam op̄z inter organū sensus et sensibile esse quandā proportionē: ergo dum ista p̄portio corrūpit ipm organū corrūpit. Sed ppter excellentiā sensibiliū corrūpit talis p̄portio. ergo t̄c. Ex hac rōne inferitur q̄ plante non h̄t sensum aliquē. Qd̄ sic p̄z: qz non h̄t sensum tactus. ergo nō h̄t aliquē sensum. Ans p̄z: qz ad sensum tactus regritur determinata p̄portio. v̄z. medietas fīz cōplexionē ad qualitates tagibiles: sed plāte non h̄t illam determinatā proportionē sine cōplexionē. ergo t̄c. Extra p̄dicta sic arguit. Sicut se h̄t intellectus ad intelligibiles: ita se h̄t sensus ad sensibile: sed intellectus non corrūpit ppter excellentiā intelligibiliū: sed p̄ficitur. ergo videt q̄ sensus ppter excellentiā sensibiliū non corrūpat. Preterea. Propria passio non corrūpit per suaz p̄pū actuz: sicut nec p̄fectibile per suaz p̄fessionē: sed sensibile est p̄pria passio ipsius sensus. ergo t̄c. Preterea. Plāte patitur a qualitatibus tagibilibus. ergo videt q̄ habeat tactū: cum sensus cōsistat in quodā pati: vt supra dictū est. Ad p̄m dōm q̄ maior illa non est vera: si ly sicut dicat similitudinem idētatis sive adequationis. Nam intellectus suscipit intelligibile sine organo corporali: sensus vō suscipit mediante organo corporali: vnde non est simile. Ad 2<sup>m</sup> dōm q̄ p̄pū perfectibile non corrūpit per se per propiam perfectionē: sed per accīs. Sensus vō corrūpit per excellentiā sensibiliū per se. v̄z. ad corruptionē proportionis que regritur inter organū et sensibile. Ad 3<sup>m</sup> dicē dum q̄ plante l̄ patiens a qualitatibus tagibilibus. nō patiunt tñ ab eis sicut sensus a sensibili: et ideo non op̄z q̄ habent sensuz. Tertia cōclusio. L̄ oīa inanimata corrūptibilia patientur a qualitatibus tagibilibus ipsius tactus: nō tñ oīa patientur a qualitatibus sensibiliūs aliorū sensuū: sed solum aer et aqua. Prima pars cōclusionis p̄z tali rōne. Nam oīa inanimata predicta alterant: cum sint corruptibilia: sed non videntur posse alterari nisi a qualitatibus tagibilibus: ergo patientur ab eis: qz alterari est quoddam pati. Secunda pars p̄z ad sensum. Nam aer patitur ab odore: cum aliquādō patiatur fetorem: ergo aliqua inanimata patientur ab alijs sensibilibus. Et si dicatur. Quicquid patitur ab odore h̄t olfatu: ergo t̄c. Sed aer non h̄t olfatu. ergo t̄c. Dicēdū q̄ quicquid patitur ab odore p̄ sensationem quandam h̄t olfatum. Non autem si patiat̄ simplē per modum actionis absolute. Aer aut̄ non patiat̄ per sensationem: ideo non op̄z q̄ habeat olfatum. Item qui voluerit p̄dicta diffusius plūstrare videat cōmentum sancti Thome in ultima lectione huius secūdi. Hec autē ad presens sufficiant de sedo libro de anima fīm divisionē dicti Doctoris. L̄ fīm alios diuersimode terminat secundus Liber de aia: vt patebit in capitulo sequenti.

Brevis

**C**hrenis recollecta super tertium librum de anima Arist. sive magistrum Dominicum de Halandria ordinis predicatorum.

**T**equitur in textu. **Q**uia autem non sunt sensus preter quinque et ceterum. Hec est lectio prima huius tertii libri: et in commento Sancti Thome.

**I**nceptit **T**ertius liber de anima sive Doc. sancti: ubi Philo sophus incipit determinare de potentia intellectiva per comparationem ad sensum. Antiqui enim philosophi non posuerunt distinctam inter sensum et intellectum. Philosophus removens istam opinionem ostendit in primo huius tertii libri lectu non esse sensus. Sed etiam Egidius et Albertus. Terti liber incipit. ibidem. Quoniam autem duabus distinctis. In secundum autem moder nos incipit. ibidem. De parte autem animae. Dividit autem iste liber in qua tria tractatus. In primo tractatu ostendit Philosophus quod per quinque sensus particulares operari possit sensum coenit. In secundo ostendit intellectum non esse sensum. ibidem. Quoniam autem duabus distinctis. In tertio vero determinat de potentia intellectiva sive se et de suis primis. videlicet de intellectu possibili et de intellectu agente. ibidem. De parte autem animae. In quarto determinat de potentia motiva. ibidem. Quoniam autem anima. Primus tractatus pertinet tria capitulo. In primo capitulo ostendit quod non est ponendum aliis sensibus propriis propter quinque predictos. In secundo capitulo ostendit Philosophus quod necesse est ponere aliquem sensum coenit propter quinque sensus proprios ex hoc quod sensus percipit se sentire. ibidem. Quoniam autem sentimus. In tertio capitulo ostendit id est ex hoc quod sensus discernit inter sensibilia propria. ibidem. Ut quisque quidem igitur sensus est. In primo capitulo ponuntur duas conclusiones. **Q**uare prima est. Quia non est ponendum aliis sensibus propriis propter quinque superiorum enunciatorum. Hec deinde probatur tali ratione philosophi. Nam ait alia perfecta sunt oes sensus: sed non habent nisi quinque sensus exteriores: sed propter illos quinque sensus non est ponendum aliis. Probatio maioris. Nam quicunque habent aliquid organum sensus per quod nata sunt aliqua sensibilia cognoscere oia sensibilia que nata sunt cognoscere per illud organum. ut per iductum per singula organa sensus. Sed ait alia perfecta habent oia organa sensus: ergo cognoscere possunt oia sensibilia: et per hunc habent oes sensus. Littera igitur non habeat nisi quinque sensus non erit aliis sensus respectu propriorum sensibilium propter quinque. Ex quo per tria sunt quoniam sensus exteriores et proprii. videlicet visus: auditus: olfactus: gustus: tactus. Quo per se potest formari sufficietia. Nam sensus est quedam potentia passiva que apta nata est immutari a sensibili exteriori. Uel ergo immutatur sive immutationem spualem tria: sic est visus. Uel immutatur cum immutatione spuaria est immutatione naturali. Et hoc duplicitate: quod vel talis immutatio naturalis est soli ex parte obiecti vel ex parte organi. Si primus: hoc est duplex: quod vel talis immutatio sit per motum localiter et sic est auditus: nam obiectum eius. si sonus transfunditur per motum localiter: vel sit per alterationem: et sic est olfactus. Nam odor per quandam transmutationem transferunt per medium. Si vero talis immutatio fiat ex parte organi. hoc est duplex. vnde tale organum est diffusum per totum corpus: et sic est tactus: vel est in determinata parte corporis: et sic est gustus. Ex predictis potest hic clare elici quod visus sit primus sensus cum sit magis immutabilis quam alii sensus. Secundus est auditus. Tertius est olfactus. Quartus gustus. Quintus tactus. Contra predictam conclusionem arguit sic. Sicut se habet intellectus ad intelligibilias ita se habet sensus ad sensibilia: sed ad intelligendum oia intelligibilia ponitur unus intellectus. ergo ad sentiendum oia sensibilia sufficit unus sensus: et sic non erunt quinque sensus exteriores: sed unus unus. **P**reterea. Sensus tactus non dividitur atra gustu: ut supra dictum est: quod gustus est sensus ipsius tactus: sed id est videlicet supra.

